X XIV

1ſ. 1. 161

Digitized by Google

S. Paolino
N.o 9010.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE

ATESTINORUM PRINCIPUM CALAMITATIBUS

COMMENTARII.




LUGDUNI BATAVORUM

cIↃ. cI. cc. LV.

Digitized by Google

Vidi ſub ſole in loco judicii impietatem, & in loco juſtitiæ iniquitatem. Eccle. 3. 16.

Digitized by Google



DE ATESTINORUM
PRINCIPUM
CALAMITATIBUS
COMMENTARII.

SI pro luctuoſiſſima hiſtoria, quam conſcribere aggredior, graviſſima mihi pericula impenderent, nullam certe animo meo vim metus adhiberet, ſed veritati ſolummodo, meæque exiſtimationi conſulerem. Verum

Digitized by Google

etſi omnia aliquando fuerunt ad perniciem profligata, nil mihi ætate noſtra pertimeſcendum video : immo illa me cogitatio ſummopere recreat, quod de duris acerbiſſimiſque Ateſtinorum Principum calamitatibus diſſero, dum Benedictus XIV. Romæ regnat : is etenim pravos Pontifices labem flammamque Chriſtiani orbis appellans, optimorum gloriam adæquavit.

Quæ igitur decretis, codicibus, ac publicis auctoritatibus munita in medium a graviſſimis ſcriptoribus prolata fuere, ad eruditorum commodum, atque imperitorum notitiam perſtringam, quamplurima adjiciam, nonnulla vero magis occulta ſilentio prætermittam, ut rationem habere videar dignitatis eorum, qui Ateſtinæ Familiæ ſempiternam noctem offundere exoptarunt.

A pro-

A propoſito egredi non arbitrabor, ſi de Ateſtinorum nobilitate perpauca præmittam, ut ignominiarum, quibus fuerunt appetiti, acerbitatem penitus æqui judices ſentiant. Vetus opinio eſt, firmiſſimiſque munita argumentis, Ateſtinos a priſcis Hetruriæ Marchionibus originem ducere: eorum autem nomen, potentiamque floruiſſe ſæculo IX. omnes hiſtoriæ narrant, omnia vetuſtatis monumenta teſtantur. Lætabatur Italia poſtmodum, ſingularis eximiæque naturæ Principes, admirabili quadam continuatione procreatos, ſuo diu in ſinu foviſſe, nec unum ex Nepotibus avitum eſſe domicilium mutaturum cogitabat. Verum dum Superi maxima in Ateſtinos congerebant ornamenta, non unius tantum, ſed vaſtiſſimarum regionum decori, & felicitati conſulebant. Quapropter ſæculo XI. Guelfum IV.

filium

Digitized by Google

filium Azzonis II. ac Fulci I. fratrem deſignarunt Bavariæ Ducem, cui tunc ad orientem ſolem Pannonia terminos conſtituebat. Magna fuit ejus gloria, magnæ opes, vaſtum imperium, ac ſucceſſores ſemper potentiſſimos habuit. Illos ipſos Italia vidit Spoletii Duces, Sardiniæ Principes, Hetruriæ Marchiones, Dominoſque Matildæ patrimonii, quod erat ampliſſimum. Germania vero, Bavariæ, Saxoniæ, Regionis Palatinæ ad Rhenum, necnon Brunſwicenſis, & Luneburgenſis, aliarumque Provinciarum principatum eos conſequutos fuiſſe, gloriatur.

Ad Guelfo-Ateſtinorum auctoritatem demonſtrandam ſilentio præterire non poſſum, quæ de Henrico Leone Joannes Iſaacus Pontanus poſteris commendavit: „ Potentiſſimus, *is ait*, omnium Europæ ſecun-
„ dum

Digitized by Google

„dum Cæſarem, ac Reges Princeps eſt ha-
„bitus, utpote qui a ſinu pene Adriatico
„ad uſque Codanum mare, Oceanumque
„Germanicum Bojis, Suevis, Rhetis, Vin-
„delicis, Noricis, Chaucis, totique Saxo-
„niæ imperitaret. „ Recte tamen Pontanum ſapientiſſimus Muratorius redarguit: nam perpaucos etiam Reges Henrico fuiſſe potentiores, ejuſque, & patrui imperium a Balthico ad Tyrrhenum mare patuiſſe animadvertit. Habuit ex hac progenie Romanum Imperium Cæſares, necnon Wolfembuttelenſes Duces, qui nobis in Carolo, populis ſuis magis, quam ſibi vivente, optimi Principis expreſſam imaginem reliquerunt: Electorem habet divitiis, numero militum, ac regionum vaſtitate prædicabilem: Magna autem Britannia Regem ampliſſimum, ita ut familiæ antiquitati dignitates,

atque

atque ditiones reſpondere videantur. Et revera quocumque me vertam, nullum Georgio II. majeſtate generis, potentia, gloriaque præſtantiorem Principem invenio.

Utinam Fulci I. Nepotibus ſicuti eadem eſt conditio ſanguinis, ſic eadem ſemper fuiſſet conditio fortunæ. Vicarii quondam fuerunt Italici Regni: Lunenſem Comitatum, Faventiam, & Forum-Livii, pluresque Vicos in Æmilia tenuere. Guardiſtallum, Picenum (a), Comitatus Rhodigii cum adjacente

cente

(a) Non tantum a Cæſaribus, ſed ab Innocentio, & Honorio III. Principatus Piceni fuit Ateſtinis delatus: Calamitoſis etenim Italiæ temporibus nonnulli Pontifices quaſi in vigilia quadam manebant, ut jura, ditioneſque alienas ſibi arrogarent. Sed de his alius mihi locus ad dicendum eſt conſtitutus. Decreti modo Othonis IV. Cæſaris verba nonnulla recitanda duco, ut omnes intelligant, quibus terminis Picenum Ateſtinorum imperio ſubjectum circumſcriberetur: *Quapropter universorum Imperii noſtri fidelium tam preſens etas, quam ſucceſſiva poſteritas noverit; quod nos attendentes fidelia & preclara ſervitia, que* fidelis & Cognatus noſter Azzo Marchio Eſtenſis *nobis, & Imperio*

cente peninſula, aliæque Provinciæ, cum in Gallia ciſalpina, tum in tranſalpina eorum regionibus adnumerabantur. Prope ſæculum XVI. utebantur modicis imperii finibus: nec cogitabant Romanum Pontificem, cujus munus eſt ad Deum propius accedere, miſerrimam familiæ ſuæ peſtem importaturum. Attamen non leges,

hactenus exhibuit, & impoſterum exhibiturum non dubitamus, damus ei atque concedimus totam Marchiam Anchone, *ſicut* Marchio Marquardus *habuit, & tenuit eam tempore Sereniſſimi Anteceſſoris noſtri Henrici Romanorum Imperatoris Divi Auguſti, melius, & plus ſi inveniri poteſt, ſicut Alpes Apenini tenditur inferius, ſcilicet Civitates, Caſtella, Villas, Fideles, & ſervitia: videlicet Civitatem* Aſculi *cum toto Comitatu, & Epiſcopatu, Civitatem* Firmanam *cum toto Comitatu, & Epiſcopatu,* Camerinum *cum toto Epiſcopatu & Comitatu,* Humanam *cum toto Comitatu & Epiſcopatu,* Anchonam *cum toto Comitatu & Epiſcopatu,* Auſemum *cum toto Comitatu, & Epiſcopatu,* Eſium *cum toto Comitatu & Epiſcopatu,* Senegalliam *cum toto Comitatu, & Epiſcopatu,* Fanum *cum toto Comitatu & Epiſcopatu,* Peſarum *cum toto Comitatu & Epiſcopatu,* Foſſainbronam *cum toto Comitatu & Epiſcopatu,* Callim *cum toto Comitatu & Epiſcopatu,* Saſſum ferratum, & Rocham Apenini &c.

non jura patrimonium cuſtodire valuerunt, exiſtimationemque Principum, quibus maxima Romana Sedes beneficia debebat. Ex florentibus fortunis, ex Ducatu Ferrarienſi, atque Comacli Comitatu, id eſt ex patriis focis, ex avito legitimoque regno, nulla alia calamitate, niſi hoſtis potentia, cum omnium bonorum gemitu, Cæſar Ateſtinus expellitur. Hæc autem in omnium oculis ita ſum defixurus, ut immane exemplum Principes omnes, qui ſuæ famæ, ſuæque tranquillitati conſulunt, excitet, atque perterreat.

Divitias prius, ditioneſque nonnullas, integrum deinde, ſupremumque Ateſtinorum imperium in Ferrarienſi Provincia commemorabo; ſed de ſæculis undecimo ſuperioribus nullam habebo rationem. Henricus, III. inter Cæſares, IV. autem inter

Ger-

Germaniæ Reges anno MLXXVII. principatum Hugonis & Fulci filiorum Azzonis, qui ab antiquis ſcriptoribus ditiſſimus Italiæ Marchio nuncupatur, in (a) vicis, pagiſque nonnullis ratum, firmumque futurum decrevit. Maximus vero cumulus Ateſtinorum opibus in eadem Provincia acceſſit anno MCLXXXVI. vel MCLXXXVII. quo nobilis Adelardæ Familiæ copioſiſſimam hæreditatem obierunt. Facile modo perſpicient omnes, me plura ſilentio præterire, ſed graves inferiorum temporum commutationes me feſtinare ſuadent.

Ineunte ſæculo XIII. Ferrarienſem Rempublicam ab antiquis factionibus labefactatam

(a) Servatur Henrici III. decretum in Ateſtino tabulario, ejuſque in volumine primo Antiquitatum Ateſtinarum integrum exemplar Muratorius exhibuit. Ego verba ſolummodo exſcribam, quæ ad Ferrarienſem Provinciam reſpiciunt: *Manezo*, *Baniolo*, *Sanctum Martinum*, *Villa Comeda*, *Arquadam*.

tam ſapientiores cives reſtituere meditabantur, nec ab Ateſtinis dejiciebant oculos. Gaudebant plurimarum regionum Principes, in ſua frequentiſſime ſedem habere, eorum naturam valde diligebant, reſque præclare geſtas admirabantur. Quò factum eſt, ut Civitas, imperium, quod penes eam illis temporibus erat, comitiis habitis, Azzoni VI. deferret. Quamvis vero optimus Princeps brevi plura præſtitiſſet ad populorum felicitatem, ut procellam a Salinguerra Gibellinorum fautore excitatam devitaret, Forum Alieni reliquit: quod, bonis omnibus plaudentibus, anno MCCXI. recuperavit. Mortuo Azzone, Salinguerra non jure, authoritate, & gratia, ſed verſutia, & calliditate cum Aldrovandino I. adhuc adoleſcente contendens, in imperii gubernatione partem obtinuit. Azzo tamen VII. Al-

drovan-

drovandini ſucceſſor, etſi acri, pertinacique bello in Federicum II. Cæſarem, Eccelinumque Tyrannum diſtineretur, Venetis, & Mantuanis auxiliis confirmatus, integrum regnum rurſus acquiſivit, annoſque quatuor & viginti egregie adminiſtravit. Vix Azzoni juſtis perſolutis, cives ad forum advolantes Obizonem II. ejus nepotem, annos tantum decem & ſeptem natum, magnificentiſſimo decreto (a), quod exterorum etiam lætiſ-

(a) Plura ejuſmodi decreta extant, ſed ne nimius ſim, partem tantum iſtius, quod anno MCCLXIV. promulgatum fuit, exarabo: *Ad honorem Dei, & Sanĉte & Individue Trinitatis, & laudem ejus Matris Virginis Marie, & reverentiam Beati Georgii Martyris, & omnium Sanĉtorum, & ad bonum ſtatum Civitatis, & ad laudem & commodum omnium amicorum, ut Civitati eidem ſalubriter ſit proviſum non ſolùm in praeſenti tempore, ſed etiam in futuro. Nos* Petrus Comes de Carrara, Poteſtas Ferrariæ, *in plena contione omnium & ſingulorum Civitatis Ferrarie, in platea ipſius Civitatis, Campanarum ſono more ſolito congregatorum ibidem, voluntate conſenſu, & mandato* tocius Comunis Ferrariæ, *& omnium & ſingulorum de Ferraria in ipſa contione exiſtentium, & tocius Comunis Ferrarie, & omnes & ſinguli de diĉta contione pro Comuni Ferrarie,*

Digitized by Google

lætiſſima fuit acclamatione comprobatum, ad patrii Principatus gubernacula tractanda voca-

una nobiſcum, ſtatuimus, & volumus, & duximus inviolabiliter obſervandum, & per hanc noſtram Legem municipalem, per nos, & heredes, & deſcendentes, & ſucceſſores noſtros perpetuo decernimus obſervari: quod Magnificus Vir, & Inclitus Dominus Obizo, Nepos, & heres olim bone memorie Magnifici Viri Domini Azonis, Dei & Apoſtolica Gratiâ Eſtenſis & Anchonitanus Marchio, *ſit Gubernator & Rector, & generalis & perpetuus Dominus Civitatis Ferrarie & diſtrictus in omnibus negociis providendis & emendandis & reformandis ipſius Civitatis & diſtrictus, ad ſue arbitrium voluntatis. Et jurisdictionem, poteſtatem, atque imperium intus, & extra, ipſius Civitatis gerat, & habeat dominium addendi, faciendi & percipiendi, providendi, & diſponendi, prout eidem placuerit, & eidem utile viſum fuerit. Et generaliter poſſit & valeat ſicut perpetuus Dominus Civitatis Ferrarie & diſtrictus, omnia & ſingula facere & diſponere ad ſuum beneplacitum & mandatum, ita quidem quod ipſa Civitas & diſtrictus, & homines habitantes nunc & in poſterum in ipſa Civitate Ferrarie & diſtrictu, cum plena juriſdictione dominii, eidem Domino Obizoni Dei gratia Eſtenſi & Anchonitano Marchioni, ſicut ſuo generali Domino & perpetuo, obediant & intendant. Que omnia & ſingula ſupradicta habere locum volumus & perpetuam firmitatem non ſolum in perſona prefati Domini Obizonis Eſtenſis & Anchonitani Marchionis, donec vixerit, verum etiam poſt ejus deceſſum heredem ipſius volumus in locum ſuum Gubernatorem & Rectorem & generalem Dominum Civitatis Ferrarie & diſtrictus, & habeat dominium & imperium & poteſtatem & juriſdictionem plenam, ſicut ſuperius continetur, in omnibus & per omnia in perſona Domini Obizonis.*

Digitized by Google

vocarunt. Talis autem brevi tempore ejus fama percrebuit, ut nullus Obizonis nomen audiret, qui magnanimitatem, clementiam, glorioſaque geſta in memoriam non revocaret. Qua de cauſa Mutinenſes anno MCCLXXXVIII. publico decreto, ampliſſimaque legatione Ateſtinis ſe ſubjecerunt. Rhegienſes autem, quorum Reſpublica acerrimis jamdiu diſſenſionibus lacerabatur, anno MCCXC. ſalutare Mutinenſium exemplum ſunt imitati. Anno MCCXCIII. Obizo e vivis exceſſit: eique Azzo VIII. fuit hæres. Majorum is laudes æmulatus, anno MCCXCV. recuperavit Argentam, quam plures annos Pontifices Ravennates iniquo jure retinuerant. Adeo autem certum manifeſtumque jus erat Ateſtinorum, ut Obizo id ætatis Ravennæ Pontifex, nullam ſe in poſterum ea de cauſa controverſiam habiturum affirmarit.

Sed

Sed fidem fregit, nam ut illegitimum rurſus habere poſſet imperium, Romanorum Pontificum opem paulopoſt imploravit. Quare Bonifacius VIII. expiationis (a) memorabilis auctor, & deinde Benedictus XI. obnuntiatione dirarum, minis, armiſque Azzonem adegerunt, ut florentiſſimi oppidi amiſſione, ſuæ tranquillitati conſuleret.

Etſi autem ad Ateſtinos jactandos plura miſcere non dubitaſſent Pontifices hi, qui, uti dictum eſt, ex Italiæ calamitatibus, necnon ex Cæſarum infortuniis, Principum infirmitate, populorumque ignorantia eccleſiaſti-

(a) In Judæa lex erat, quæ bis ſingulis ſæculis fundos redire ad veteres dominos, ſervoſque manumitti jubebat. Ideo quilibet annus quinquageſimus, annus remiſſionis, vel Jubilæus appellabatur. Judæorum legem egregie ad Chriſti religionem anno MCCC. Bonifacius accomodavit: Chriſti etenim ſectatores criminum laqueis irretitos, auctoritate pontificia, quibuſdam ſtatutis temporibus, in libertatem vindicari poſſe cenſuit, dummodo ſacra loca peragrare, aliaſque pœnas ſubire non recuſarent.

Digitized by Google

ſiaſticam augendi dominationem occaſiones arripiebant, eorum cupiditas non eo uſque proruperat, ut Provinciæ Ferrarienſis imperium deferendi jus ſibi adſciſcere cogitarent. Sed quæ ad tempora, in quibus verſor, ne quidem excogitata fuerant, patrata fuerunt inpoſterum.

Anno MCCCVIII. Azzo mortem occubuit, ac Fulcum filium Friſci, quem ex concubina genuerat, hæredem teſtamento reliquit. Quamobrem Aldrovandinus, atque Franciſcus legitimi Azzonis fratres ex patrio imperio deturbati, cum abs ſeſe tam atrocem injuriam propulſare non poſſent, funeſtiſſimo omine Clementis V. auxilia implorarunt. Ampliſſimæ ille prædæ ſpem propoſitam aſpiciens, brevi mora interpoſita, Legatum miſit, validumque exercitum copiis Ateſtinorum adjunxit. Franciſcus egre-

giæ naturæ Princeps, nullam in Romano Pontifice, in cujus ſe fidem contulerat, ſuſpicabatur improbitatem: quare bellum tanta virtute adminiſtravit, ut ſumma fuerit celeritate confectum. Inſidiis tantum ſe appetitum perſpexit, cum Legatus præclaro Eccleſiæ nomine Fori Alieni, totiuſque Provinciæ arripuit imperium, quod Clemens deinde, ſuis copiis, Præfectiſque non revocatis, Roberto Siciliæ Regi deferre non dubitavit.

Nil equidem ab iis perfidiæ abeſse videtur: attamen a Dalmaſio Pontificio Adminiſtro nefariis fuerunt cumulata ſceleribus. Diutius forſitan alienum Principatum, Franciſco vivente, obtineri non poſſe arbitrabatur, ideoque ejus mortem nonnullis militibus commiſit, qui præſtantiſſimum Principem ex venatione redeuntem crude-

Albertinus Muſ.

liſſime

liſſime necarunt. Neque diſſimulatione ſaltem texit horrendum crimen, immo trium honeſtiſſimorum hominum, qui Franciſci conſiliarii fuerant, fœdiſſimo ſupplicio comprobavit. Fremebat Italia tota tantis permota ſceleribus, ac Ferrarienſes mœrore confecti rationem habebant periculi ſui, conventuſque frequentes agebant. Denique pridie Non. Sextiles anni MCCCXVII. Conſtabiles, Fantii, Bocchimpani, aliique patricii forum adeuntes, populum voce, & exemplo, ut ſuorum Principum injurias ulciſceretur, atque ut communi ſaluti proſpiceret, excitarunt. Conclamatur ad arma, popularis afflictio in iram vertitur, & poſt ſævam acerbiſſimamque pugnam præſidiariæ hoſtium copiæ, quæ cædi ſuperſunt, in arcem Tedaldam ſe permixte conjiciunt. Prima victoria Ferrarienſes elati in excubias porta-

ſat. illius ætatis ſcriptor.

portarum feliciter irruunt, atque Rhodigium legatos mittunt, qui Ateſtinos ad debellandum feſtinare obteſtentur. Raynaldus, Obizo, atque Azzo, optatiſſimo nuncio accepto, confeſtim ſe in caſtra conferunt: Ferrarienſes vero eorum conſpectu recreati validius arcem oppugnant, præſidiumque ad deditionem compellunt. Deditione facta, magnanimi Principes multitudinem graviſsimis laceſsitam maleficiis continere non potuerunt, quin plurimos ex præſidiariis militibus trucidaret. Silentio hic non præteribo, ad laudem Pepuleæ familiæ, inter Bononienſes præclaræ, Romeum Pepulum, amicitia, & cognatione Ateſtinis devinctum, in tanto diſcrimine rerum, eos optime juvaſſe. Verum enimvero ſua auctoritate, conſilioque effecit, ne hoſtis opportune ex Bononienſi agro edu-

educeret copias, in quibus obſeſſæ arcis, præſidiique ſalutem periclitari decreverat. Nicolaus interim, Bertolduſque Alieni Forum advenerant, & una cum Obizone, atque Azzone recuperati patrimonii ea erant ratione participes, ut Raynaldus ex Aldrovandini, & Franciſci filiis natu major imperii clavum tenere videretur.

Hæc ubi Joannes xxii. Clementis v. ſucceſſor agnovit, effrænata iracundia ductus Ateſtinos diris devovit, atque ut Ferrarienſes a templis abeſſent, in hiſque ſacra omnia penitus omitterentur, turbulente imperavit. His, atque ejuſmodi artibus iniqui Pontifices a religioſis legibus inſtitutiſque ſanctiſſimorum recedentes, in plures regiones facillime invaſerunt. Cœteri Principes certum copiarum numerum intra ſui imperii fines proprio ære ſuſten-

tabant,

tabant: quamplurimos illi ex innumeris, quas ubicumque terrarum habebant legiones, corrumpebant milites, hiſque nullum perſolvebant ſtipendium, ſed poteſtatem imperitorum fortunas devorandi permittebant. Quare ſtatim ac diris, & interdictis conclamabant ad arma, profligati milites legitimorum Principum irridebant auctoritatem, atque imbecillem multitudinem ad jurisjurandi violationem perfidioſe incitabant. Nec diffidebant funeſtiſſimas inflammare ſeditionum faces, contaminabant enim ſacra, quorum cuſtodes eſſe debebant, venenatis docentes ſermonibus, pie illos, ſanctеque agere, qui ſemper Pontificum voluntati ſubmiſſe obſequuntur. Cum hæc Ateſtini exploratiſſima haberent, vigilantes domi, pactiones, & fœdera foris ſancientes in defenſionem provinciæ ad priſtinam nu-

per

per dignitatem erectæ omni diligentia, curaque incumbebant. Sed, una via obſepta, aliam ſtatim ad innocentium perniciem Joannes inivit. Dictitans a piiſſimis Principibus irreligioſos habitos fuiſſe ſermones, ac Romanæ Sedis majeſtatem contemptam, barbarum in eos demandavit judicium Fori Alieni Pontifici, necnon Præfecto apud Inſubres tribunalis, quod Fidei appellabatur: etſi in illo non tantum privati viri, ſed Mediolani, Veronæ, Mantuæque Principes parum, illa ætate, legibus agi, falſos aliquando comparari teſtes, criminaque confingi jam eſſent experti. Quare mirum non fuit, ſi anteactæ vitæ ratione, ac civitatum teſtimoniis Romanum Ateſtini non potuerunt cohibere Pontificem, qui erat eo uſque progreſſus, ut Ludovicum Bavarum Cæſarea dignitate privandi, regendi-

Murat. in vol. II. Antiq. Ateſt.

gendique Italicum Regnum jus ſibi arrogare non erubeſceret. Novas deinde formidines opponit, nova pericula creat, atque in eas tandem anguſtias legitimos ſupremoſque Ferrarienſis Provinciæ Principes adducit, ut anno MCCCXXIX. in ea Romanæ Sedis Vicarios ſe remanere aſſentiantur. Attamen inflicto vulnere ſuam crudelitatem refecit Joannes, non explevit: anno enim MCCCXXXIII. teterrimum in illos bellum Bertrando Cardinali filio ſuo, atque Legato commiſit. Validiſſimum, celeritate ſumma, patriæ perfidiæ adminiſter comparavit exercitum, florentibuſque vaſtatis agris, viciſque nonnullis incenſis, Forum Alieni vehementiſſime obſedit. Ad extremum propulſandum periculum implorarunt Ateſtini fœderatorum Principum auxilia, hiſque acceptis, voce, & exemplo militibus ſtimulos

adden-

addentes, copias fere omnes ad formidoloſam pugnam eduxere, quæ tanta fuit virtute commiſſa, ut ad hominum millia xx. Legatus amitteret. Inſigni igitur deterritus clade, necnon Bononienſis populi indignatione, a Barbarigio Gozzadino ad novam fraudem puniendam ſero nimis concitato, omnibus infamiæ notis onuſtus, quam maximis itineribus potuit, ex Italia ſe eripuit. Tandem aliquando e vivis Joannes exceſſit, & Chriſtianam Rempublicam, quæ diu in lacrymis ſordibuſque jacuerat, Benedicti XII. creatio nonnihil ſublevavit. Clemens VI. ejus ſucceſſor ſupremum Provinciæ Ferrarienſis imperium reſtituere forſitan Ateſtinis cogitabat, ſed ne odium in ſe quorumdam Cardinalium concitaret, atque ut inſimul aliquam juſtitiæ videretur habere rationem, tutum illos in poſterum dominium Argentæ

habituros ſanxit, dummodo Ravennati Eccleſiæ certam penſionem ſingulis annis perſolverent. Deſperatis rebus, Romanorum Pontificum Vicarii in patria Provincia remanſerunt Ateſtini uſque ad annum MDI. quo Alexander VI. ampliſſimo diplomate, omnium, qui Romæ erant, Cardinalium approbatione munito, illis, & quibuslibet illorum hæredibus ſummum imperium fere reſtituit. Sed quis credat, paulo poſt Ateſtinam Familiam, quæ Italiæ ſemper felicitati conſulens Bononienſes, Hetruſcos, & Genuenſes pene ab excidio vindicaverat: quæ talem habebat opinionem virtutis, ut graviſſima ſæpe negotia alii ad ipſam deferrent, talem pietatem, ut (a) auxilio, & opibus optimos Pontifices, atque inter cæteros Pium II. va-

lidiſſime

(a) Anno MCCCLXXVI. Pileus de Prata Ravennæ Pontifex Principes *qui ſunt, & fuerunt brachium, & ſubſtentaculum Sanctæ Matris Eccleſiæ, & devoti filii D. N. Papæ* Ateſtinos appellat.

lidiſſime ſuſtentaſſet, ab Julio II. (a) atrocibus injuriis appetitam, atque ex Mutinenſi, & Regienſi tandem Provinciis fuiſſe exturbatam: Quis non perhorreſcat cogitans Leonem X. pontificia virtute projecta, facinoroſos delegiſſe homines, qui Alphonſo I. vitam eriperent! Summa hunc virtute Ducem Superiorum veſtigiis inhærens Clemens VII. perdere contendebat, ſed Carolus V. Cæſar ingentia, quæ a Pontificibus ſine aliquo proprii ærarii detrimento poſſunt effundi præmia Auſtriaca majeſtate cotemnens, optimo jure (ſolemni enim modo res fuerat utrinque ad ipſum rejecta) Mutinenſem, & Regienſem Provincias Alphonſo I. reſtituendas, Ferrarienſem vero, nulla Vicarii nominis mentione facta, ab eo „ & omni ejus ſucceſſione in perpetuum poſſidendam eſſe „ pro-

Hiſtor. Ferrar. Guicciard. in Ital. hiſt.

D 2

(a) *Laſciò*, de Julio Guicciardinus ait, *morendo a ſucceſſori ſuoi la cupidigia d' acquiſtar Ferrara &c.*

pronuntiavit. Nihil deinde gravius a Romanis Pontificibus Ateſtinis accidit uſque ad annum MDLXXXXVII. quo Alphonſus II. e vivis exceſſit, & Ferrarienſis populus Cæſaris I. generali, lætiſſimaque voce, ſucceſſioni acclamavit. Gravis erat Cæſar, moderatus, religioſuſque, ſed bellandi artem non adamabat, neque eam habebat animi fortitudinem, qua adverſæ fortunæ impetum ſuſtinere diu poſſet. Quare Clemens VIII. Romanus Pontifex opportunum tempus prædandi nactus, Cardinalibus ſtatim convocatis, ſubjectis uſus eſt verbis, quæ ex adverſariorum libris exſcripſi: „Che erano paſſati molti an-
„ni, che la Caſa d'Eſte era decaduta dal-
„lo ſtato di Ferrara per aver mancato in
„molte coſe a' patti contenuti nelle Inveſti-
„ture. Deinde vero nullis cupiditatem ſuam continens terminis, non modo per inju-

riam,

riam, ſed etiam per contumeliam ab antiquiſſimi imperii gubernaculis Ateſtinos dejicere conſtituit. Pridie Non. Nov. dirarum monitum in Cæſarem promulgavit: atque ut ad turpiſſimam calumniam diluendam intra quindecim dies Romam veniret, elate præcepit. Bellum inſimul parare inſtituit, expeditaſque legiones, & equitatum ad Ferrarienſis Ducatus fines celerrime convenire imperavit. Inopinato ſævoque Cæſar nuncio perculſus, Comiti Giliolo, quem jam ad Clementem legarat, mandat ut excitatum incendium reſtinguere conetur. Adit Giliolus Pontificem, & precibus omnibus contendit, ne innocentem circumvenire, & opprimere velit: ſi vero de commentitio crimine, pertinaci animo controverſiam habere cupiat, cujuslibet Principis judicium, etſi Romanæ Sedi addictiſſimi, Cæſari gratum futurum

eſſe

eſſe declarat. Petit ne ex decreto Gregorii Magni a Concilio Romano comprobato recedat, neque a cæteris ſacratis legibus, quæ Pontifices judicium reddere in propriis cauſis vetant. Hæc, & ejuſdem generis complura magna cum miſericordia exponit. Sed Clemens de evertendis legibus ſolummodo cogitans, inimice Legatum dimittit, qui ſtatim quanto res in periculo ſit, ſollicito Duci denuntiat. Cardinales interim nonnulli tanti facinoris novitate perturbati, Pontificem obteſtantur, ne dirarum fulmen jaciat, & Principum omnium animadverſionem, acerrimique belli periculum opponunt. Dum Cardinalium oratione animique conſcientiis perterritus cedere videbatur, occultum a nefario perduelli recipit nuntium, qui ad Ateſtinorum exitium vias omnes, atque rationes oſtendit. Cæſaris animum timi-

An. Germ. de leg. Princ. lib. I. cap. V.

dum,

dum, demiſſumque, ærarium pene exinanitum eſſe ſignificat. Præſidia conſtituta in arcibus, copiaſque omnes deſcribit, ſecreta denique conſilia effert, ſuadetque Pontifici, ut vafros homines Forum Alieni occultiſſime mittat, qui ſpe largitionis, & dignitatum quorumdam animos ad perduellionem alliciant. Gratiſſima oratione audita, Clemens amplius non hæſitat, ſed exercitum auget, ac nonnullis cupiditatis ſuæ ſatellitibus mandat, ut Forum Alieni celerrime adeant. Quare in poſterum per nequiſſimos viros a Cæſaris fide abductos conſilia omnia, rerumque motus cognoſcens, poſt acta quædam libidinoſa, & prava, quæ lucem formidantia nunquam promulgata fuere, Ducatum ſibi Ferrarienſem adjudicat: ſacrorum interdictione ignaros populos ad defectionem ſollicitat, ac horrificis execrationibus non

tan-

Digitized by Google

tantum Cæſarem, ſed Principes, privatoſque homines, qui aliquid ipſi præſtarent opis, calamitatibus omnibus in hac vita, ac poſt ipſius curriculum æternis ſuppliciis addicit. Ex ſacratiſſimo vero (refugiebant oculi, totoque contremiſcebam animo, cum iſta legebam) meritorum Chriſti theſauro, iiſdem præmia rapinarum, depopulationum, & cædium, extraordinario quodam inſtinctus furore promittit. Cardinalis interim Aldobrandinus Pontificius Legatus de tormentorum ſubvectionibus, & Fori Alieni obſidione conſilia agitat. Qua re nuntiata, Camillus Tolomæus, qui ſummam etiam apud Gallos habuerat bellicæ laudis opinionem, diſtinendi hoſtium copias, ut novi poſſint cogi milites, ac opportunam Romanus Cæſar, aliique amici Principes ferant opem, neceſsitatem agnoſcens, Ducem mul-

tis

tis cum lacrymis obſecrat, ut in Pontificiis finibus gerat bellum, ideoque Faventiam occupet, magniſque munitionibus firmet: reliqua denique, quæ ad ejus ſanandam mentem arbitratur pertinere, recenſet. Sed Cæſar delira quadam religione perculſus, nolle ſe Vicarium Chriſti laceſſire reſpondit. Dormitante igitur Ateſtina virtute, maximamque Clemens ex conſuetudine impune agendi capiens jucunditatem, Mutinenſium etiam, & Rhegienſium animos tentat. Ubi vero de corrumpendis fideliſſimis populis ſpem ſe fefelliſſe intellexit, ad Fori Alieni obſidionem curas omnes convertit; nefariumque bellum, non minus eo, quod Auſtriacus Cæſar gerebat Baſſomp. in vol. 1. mem.
in Thraces, ſanctum eſſe vulgabat. Malitioſi interim crebri ad Cæſarem afferebantur rumores, tota urbe trepidari, plurimos

E levi-

levitate animi novis rebus ſtudere, permagnam eſſe conjuratorum manum, diuque a maleficiis, & parricidio forſitan non temperaturam. Poſt hæc perfidi conſiliarii animadvertentes, eum adeo timore præoccupatum eſſe, ut pene abalienata mente, exiſtimaret omnia violento motu labefactata concidere, efficiunt, ut ad pacem componendam Lucretiæ Urbini Duci facultatem ampliſſimam impertiatur.

Ateſtina Lucretia erat, Herculis nempe II. Fori Alieni Ducis filia: ſed domeſticam laudem oblita, capitali odio a ſuis, & a conjuge diſſidebat: maxima vero benevolentia, cujus inferius etiam argumenta adferemus, Aldobrandinos proſequebatur. Quamobrem crudelia eorum facinora explens, a Cæſare Ducatus inſignia Fori Alieni judici interea privatim tradenda, Filium-

que

que majorem natu pro obſide Pontifici dandum eſſe, pronuntiavit.

Pretioſum pignus ex patriis amplexibus avidiſſime Clemens eripuit, atque alia cogitans, aliaque ſimulans, æqua Cæſaris cauſam velle lance perpendere, & cum eo, tamquam patrem cum filio, acturum ſe prædicabat, ſi ad Pontificiam majeſtatem ſervandam, uſque ad judicii finem, Ferrarienſis Provinciæ poſſeſſionem, non jus abdicaret.

Congemuere Veneti infortunati Principis ſortem, legatumque occulte miſerunt qui ad arcendum periculum, commeatus illi, pecuniam, copiaſque offerret. Sed res erat, dato obſide, ad extremum deducta caſum. Quare quinto Kal. Februar. anni MDXCVIII. omni ſemper jure retento, cum eximio comitatu, in quo Marchio Rango-

nus, & Comes Montecuccolus dignitatibus, generiſque nobilitate eminebant, Foro Alieni Cæſar exceſſit. Ea autem die millia Ferrarienſium v. rerum omnium abundantiam cum egeſtate commutarunt.

Talem ſemper Ateſtini ſervaverant imperandi rationem, ut cŏmmercio aucto, artibus reſtitutis, atque propriis pecuniis in Principatus ornamentum, ac communem felicitatem conlatis, Ferrarienſis Provincia florentiſſima inter Italas, beataque ab omnibus jure meritoque appellaretur. Pontificia vero dominatio leniſſimo Ateſtinorum imperio ſubſtituta, brevi tempore, ut fortiſſimam coſtrueret arcem, ad ſuum arbitrium, & abſque ulla ſolutione pulcherrima diruit ædificia, quæ unam ex quatuor Fori Alieni partibus efficiebant, labefactavit artes, nova vectigalia quæſivit, publi-

Fauſt. in addit. ad Ferr hiſt.

cas

caſ exhauſit pecunias, populique commoda oppugnavit. Quo factum fuit, ut calamitoſa Provincia nervis exſectis ſoluta acerbum deinde graveque ſpectaculum toti Italiæ præbuerit. Marc. Anton. Guarin. in diar. manuſcript.

Declaraverat Clemens, ut ſuperius diximus, Cæſari perſequendi jus ſuum non adimere poteſtatem: attamen non tantum Ferrarienſem Ducatum in Pontificiam Provinciam redegit, ſed & oppida, pagoſque in Romandiola, atque in Agro Bononienſi ſitos, quorum præcipui Argenta, Lugo, Cotignola, S. Potito, Cento, la Pieve italice nominantur: fundituſque pervertit quæ ſanctiſſime obſervaturum ſe eſſe Faventina ſanctione promiſerat. In Comacli enim Comitatum (a) a Ferrarienſi dictione ſejunctum,

(a) In capite III. Faventinæ ſanctionis ad perpetuum Clementis dedecus ſubjecta verba leguntur: *di non*

ctum, atque a Cæſaribus antiquitus Ateſtinis delatum, conſtantiſſimeque confirmatum irrupit: nemora, ſilvas, cauponas, domus, ædificia ad molienda cibaria, feraciſſimos agros, poſſeſſiones vaſtiſſimas in ſuam poteſtatem redegit: Comacli denique valles, quas

---

laſciar moleſtare gli Stati Imperiali da chiſiſia. Ex quibus apprime intelligitur, Clementem fuiſſe pollicitum non tantum poſſeſſionem regionum, quas Romano Imperio Ateſtini debebant, ſe turbaturum non eſſe, ſed a cujuſlibet injuria eas defenſurum. Capite vero v. Cæſarem in poſſeſſione bonorum, quæ *Allodialia* nuncupari diximus, ſartum tectumque ab omni moleſtia, & detrimento remanſurum eſſe declarat: *Che al Signor D. Ceſare*, Pontifex ait, *e ſuoi Eredi, e Succeſſori rimangano tutte le terre, prati, valli, poſſeſſioni, caſe, oſterie, e le Mulina di Lugo e di Bagnacavallo, che godeva innanzi la morte del Signor Duca Alfonſo di glorioſa memoria, e ſimilmente tutti quegli Allodiali, che gli ſono pervenuti per lo teſtamento del detto Signor Duca, i quali Tutti abbia e poſſa godere co i Privilegi, immunità, e libertà, che godeva eſſo Signor Duca, & ha goduto anch' egli riſpettivamente; e ciò ſe gli abbia da oſſervare inviolabilmente. E tutti i Beni, che non hanno anneſſa giuriſdizione, s' intendano Allodiali, &c.*

quas Cæſar, vicies centenis, & ducentis millibus (a) H S ſingulis annis locaverat hominibus iis, qui ſuo compendio apprime ſerviebant, reliquis prædis adjunxit. Hæc autem partes privati Ateſtinorum patrimonii erant, & vocabulo a Gothis recepto Allodialia nuncupabantur. De tam immani jactura, quam ad certum calculum reducere Muratorius non auſit, hæc tantum in vol. II. Antiquitatum Ateſtinarum ſcripta reliquit: „ Il Capitale aſcendeva a più millioni „. Sed non mirum, Faventinæ ſanctionis nullam habuiſſe rationem, coacervatiſque Ateſtinorum ſpoliis inſiſtentem ad ipſorum internecionem pugnaſſe Pontificem, qui ad invadendum Fori Alieni Ducatum tam atrocem calumniam excogitaverat, ut Cardinales

(a) HS Vicies centena, & ducenta millia cadere ad quinquagintaquinque millia Philippeorum reperio.

Digitized by Google

Amelot. in annot. ad ep. 184. Oſſat. to. 3. pag. 355.

dinales graviſſimi æternis ipſum ſuppliciis damnatum crediderint. Ignominiam hercle non timens, omnemque exuens humanitatem dicere Clemens auſit, matrimonio Alphonſum I. ſibi numquam Lauram adjunxiſſe: ideoque Alphonſum Cæſaris patrem, & Alphonſinum, quos ex ipſa procreaverat, legitimis ejus filiis non eſſe adnumerandos, atque Ferrarienſem Provinciam ad Romanos Pontifices eſſe devolutam.

Clementem V. & Joannem XXII. poteſtatem deferendi Ferrarienſe regnum uſurpaſſe, ſuperius dictum eſt. Alphonſi modo cum Laura matrimonium tantis, adeoque gravibus certiſque probabo argumentis, ut Ateſtinorum adverſarii, ſi qui ſuperſunt, conſcientiis animi terreantur.

Prius tamen commemorare pretium operæ duco Alphonſi I. ætate non fuiſſe matri-

monium

monium cæremoniis obſtrictum, quas Concilium Tridentinum deinde præſcripſit. Data fides, mutuumque jugale pactum inter virum & fœminam matrimonium tunc definiebant: natique legitimi apud omnes habebantur, dummodo eorum parentes coram teſtibus dicerent, illa ſe fuiſſe ratione conjunctos. His poſitis, maledicta ferociter quondam in Ateſtinos jactata retundam.

Obſervata legum ratione, inveterata, firmataque hominum opinio antiqui matrimonii certum eſt argumentum. Ab anno MDXXXIV. quo Alphonſus mortem obiit, uſque ad annum MDXCVII. quo Clemens VII. Ateſtinorum perniciem decrevit, Alphonſi I. cum Laura nuptias manifeſtas certaſque omnibus fuiſſe, pretioſiſſima illius ætatis monumenta, ſcriptoreſque omnes teſtantur. Ex his autem nonnulla ſolummodo excer-

pam, ut in brevitatis propoſito permaneam.

Anno MDXLV. Baſilicam Virginum, quæ Deo voti ſponſione obligatæ templum ſervant Divo Auguſtino in Foro Alieni exædificatum, Lauræ ſumptu fuiſſe pictam, monumentum in volumine II. Ant. Ateſt. a Muratorio prolatum oſtendit. „ Tengo io un „ Mandato ſottoſcritto, *Muratorius ait*, di „ mano d' eſſa D. Laura a dì 25. Aprile del „ 1545. in cui di commiſſione della Illu- „ ſtriſſima Sig. Laura Euſtochia Eſtenſe vie- „ ne ordinato a gli Heredi del quondam „ Meſſer' Alberto dalla Penna Theſaurieri „ di Sua Signoria di pagare a Meſſ. Fran- „ ceſco Ballarino Spitiale il prezzo di più & „ diverſi colori, che lore hanno dato alli „ Depintori (era fra eſſi uno de i Doſſi) che „ hanno depinto nel Moniſtiero delle Mo- „ nache di Santo Agoſtino, che gli a fato

„ de-

,, depingere la prefata Illuſtriſs. Signora. Nel-
,, la liſta dello Speciale ſoprapoſta ſi legge,
,, che la Illuſtriſs. Sig. Laura Eſtenſe dè da-
,, re &c. per piò colori &c. per depegere el
,, Capitolo de le Suore de Santo Agoſtino.
Picturas deinde Muratorius recenſens, quas anno MDCXLV. temporum nondum injuria deleverat, his utitur verbis ,, Una torcia, che
,, ha tre fiamme di fuoco, Un Braccio col-
,, la mano, che ſoſtenta in pugno il Raggio
,, lungo d' una Stella in forma di Cometa,
,, con Aquile (*cioè coll' Armi Eſtenſi*) & altri
,, ornamenti. Due Rami di Lauro incrocia-
,, ti inſieme con le parole in mezzo EU-
,, STOCHIA ESTENSIS, e con l' Arme del-
,, la Caſa d' Eſte. Un Sole, che ha le
,, ſeguenti lettere intorno (a) Q. F. M. M. Q.
,, P. E. Hæc omnia Lauræ matrimonium

(a) Quoniam Fecit Mihi Magna Qui Potens Eſt.

aperte ſignificant. Ita ſemper audiſſe, ita ſibi a majoribus traditum aſſeverarunt Religioſæ Virgines, quas ſuperius nominavi, famamque mortuorum jurejurando comprobarunt. „ Aver più volte ſentito dire, anno MDCXLV. aram illæ tenentes clamabant, „ che dette Lettere, Impreſe, Motti, & „ Armi, alludevano al Matrimonio, che era „ ſeguito tra la detta D. Laura Euſtochia „ Eſtenſe, & Alfonſo I. Duca di Ferrara.

Vereor ne funeſta ſigna oblivifcar, quibus dolorem ſuum Laura oſtendit, cum præſtantiſſimus cariſſimuſque ejus conjux naturæ conceſſit: quare ea nunc ex Gyraldo, id ætatis vivente, recitabo „ Usò veſti vedovi„ li, ed andava per Ferrara con Gentiluo„ mini avanti, e Dame in carrozza dietro. Ex his vero intelligimus, Lauram in ore atque oculis omnium non tantum viduitatis

ſuſce-

ſuſcepiſſe ſordes, ſed aulicum pro dignitate habuiſſe comitatum: duo etenim currus, patriciis matroniſque referti, illum, quo vehebatur, proſequebantur. Sed progrediamur longius.

Perverſitate equidem excelleret, qui a muliere omnium exiſtimatione ornatiſſima voluntatem teſtatoris, & jura vivorum everſa fuiſſe diceret: improbiſſimus autem inter ſcurras apud ſapientes haberetur is, qui talem mulierem inſaniſſe, nec ad officium & ſanitatem ab Hercule II. ejus privigno reductam fuiſſe dictitaret. Gravis etenim erat apud eum voluntas patris, obſervantia legum, familiæque dignitas. Cum Laura igitur ſuſceperit, approbantibus omnibus, ut inferius ſæpe dicemus, tutelam liberorum, quos Alphonſus I. teſtamento edito, priuſquam eam in matrimonium haberet, tuto-

ribus

ribus virtute & gratia, nec non nobilitate generis præclaris regendos tradiderat: perſpicuum eſt matrimonio deinceps confecto tutelæ jus acquiſiſſe.

Teſtimonium etiam Ateſtinæ cognomen vehementiſſime dicit: in eo etenim Principis, ideoque Alphonſi uxoris propria certaque ſignificatio continetur. A Laura autem conſtanter fuiſſe uſurpatum, eique datum ab omnibus, frequentiſſime demonſtrabimus.

Exponam modo, qui fuerit epiſtolaris Lauræ ritus, literaſque ab ea ad Mutinenſem Civitatem datas in medium proferam:
„ Magnifici Antiani & Preſidenti miei cha-
„ riſſimi. Il Fattor del noſtro Molino di
„ S. Felice &c. Di Montecchio alli 29. Set-
„ tembre 1542. Alli piaceri voſtri ſempre
„ Laura Euſtochia da Eſte Madre & Pro-
„ curatrice dello Illuſtriſſimo Sig. D. Alfon-

„ ſo

„ſo da Eſte. Proferam etiam alterius ad eamdem Civitatem Ateſtini Principis literas, ut plane docuiſſe videar, Lauram formulis reguliſque fuiſſe uſam, quæ propriæ Ateſtinorum Principum erant: „ Magnifici Si-„gnori Conſervatori miei chariſſimi. So che „ſe io vi ſcriveſſi &c. Alli piaceri voſtri „Hipp. Cardinale di Ferrara.

Nec dubitandum eſt ſacras, præclaraſque haſce inſcriptiones

„Ex hoc beatam me dicent

„Fides tua Te ſalvam fecit

in numiſmatibus, quæ ab Ateſtinis cuſtodiuntur, excuſas, Lauræ matrimonio fuiſſe decretas. Hanc a majoribus receperunt Ferrarienſes opinionem, in eaque ſemper prudentes omnes fuere.

Præſtantium modo, antiquorumque ſcriptorum teſtimonia audiamus.

In

In hiſtoria Fori Alieni, quæ ab accurato auctore ſcriptis relicta in Ateſtino ſervatur tabulario legimus: „ Paſsò da queſta a più „ felice vita in Ferrara la Signora Laura Eu- „ ſtochia Dianti ſeconda MOGLIE d' Alfonſo „ Duca di Ferrara. Lauram ſcriptor ſecundam Alphonſi appellat uxorem: Anna etenim Sfortia, quæ ſuperiori ſæculo abſque filiis e vivis exceſſerat, Ferrarienſium memoriæ vix inhærebat.

Philippus Rhodius Ferrarienſis, juris conſultus, & Ateſtinorum Adminiſter, in hiſtoria ſcriptis mandata hæc de Alphonſo & Laura loquitur „ Ma finalmente dopo aver- „ la lungamente tenuta, e conoſciuta per „ Donna d'animo pudico, e d'altre ottime „ qualità, volle con SPOSARLA levarle la „ macchia dello ſtupro.

Marcus Antonius Guarinus in Diariis, qui-

quibus res memoria dignas in Foro Alieni geſtas poſteris commendare declarat, hæc ſcribit: „ Morì la Laura Euſtochia Dianti „ detta la Bertara.... Fu Donna per un „ tempo del Duca Alfonſo I.... La Sposò, „ preſenti gli due Doſſi Pittori eccellentiſſi- „ mi, e favoritiſſimi di queſto Duca. Fu „ Donna di ſingolar bellezza, graziofa, e „ d'una bontà e humiltà grandiſſima. In alio etiam libro, cujus mentionem inferius faciam, Alphonſi cum Laura matrimonium Guarinus confirmat.

Libenter recito Jovii Nuceriæ Pontificis, & clariſſimi hiſtorici verba aliqua ex vita Alphonſi I. Hippolyto II. Cardinali Ateſtino anno MDL. inſcripta: „ Verum eam de- „ mum (*Lauram*) probis pudiciſque mori- „ bus, & ſtatæ formæ dignitate ad genium „ reſpondentem, & a felici fœcunditate com-

„ mendatam legitimæ uxoris loco habuit. Animadvertendum eſt autem, Jovii hiſtoriam, priuſquam in lucem prodiret, reviſam caſtigatamque fuiſſe ab eodem Cardinali, qui Alphonſi ex Lucretia filius matrimonii patris cum humili muliere memoriam, non grato certe animo, poſteritati tradebat.

Joannes Baptiſta Gyraldus patricius Ferrarienſis, atque Herculis II. Adminiſter, in libro anno MDLXV. ad Lauram inſtituto hæc verba facit „ Di quell' onorato e magnani-
„ mo Signore col quale fu legata: & paulo
„ poſt, Chiariſſimo ſpecchio dello ſtato ve-
„ dovile, Lauram appellat. In elegantiſſimo vero poemate Romani Cæſaris, Reginarumque quarumdam celebratis laudibus, Herculis II. Ferrarienſis ea ætate Ducis filias ita commendat:

Veggo

„ Veggo con Anna le Madame mie
„ Lucrezia, e Leonora, anch' elle nate
„ D' Ercole Eſtenſe, belle, oneſte, e pie.
Deinceps hæc de Laura prædicat:
„ Ve', che loro accompagna in nera veſte
„ LAURA, che a ſe CONGIUNSE Alfonſo Primo.
Celeber Petrus Arretinus in epiſtola, quam una cum aliis plurimis anno MDXLII. ideſt vertente octavo poſt Alphonſi mortem, evulgavit, his Lauram verbis de patris morte conſolatur „ E' difficile a riſolvere, qual „ ſia di più obbligatione, o l' eſſere da eſſo „ datovi, o la ricompenſa da voi renduta- „ gli. Senza dubbio, che il vantaggio ſi „ reſta dal canto voſtro &c. Più vale il vo- „ ſtro haverlo arricchito d' onori e di gau- „ dio, che il ſuo havervi veſtito d' oſſa e „ di carne. Et ſe alcuno tiene il dir mio „ per adulatione, guardi qual ſia più caro,

„o il venire al Mondo in iſtato ignoto, o
„lo ſtarci in grado riverito. Io per me non
„ſaprei, a qual piacere agguagliarmi quello,
„ch' egli mercè di voi ſua Figlia traheva
„dal conoſcere ſe, huomo poſitivo, SUO-
„CERO d' un PRINCIPE ſublime. Appreſſo
„di queſto, che giocondità di letizia ſi
„crede che ricreaſſe i ſuoi ſpiriti, mentre
„ſi godeva della viſta de gl' illuſtri Nipoti?
„i quali a dire, che ſon nati di un Duca,
„è un gran vanto: ma ſoggiungendoci poi,
„in MATRIMONIO LEGITIMO, cotal fatto
„ſi converte in gloria &c. Il grido delle
„più chiare genti fa fede, come ſolo la
„grandezza dell' animo del Catholico Du-
„ca Alfonſo era baſtante ad eſſeguire un'
„Ufficio di sì ſmiſurata bontade, che lo
„faceſſe condeſcendere a torre in MOGLIE-
„RA la inviolabile Signora Laura: e che
„dal-

„ dalla eccellenza delle qualità della invio-
„ labile Signora Laura in fuora, niuna era
„ ſofficiente ad ottenere un Dono di sì tan-
„ to pregio, che deſtinaſſe a conſeguire in
„ MARITO il Catholico Duca Alfonſo &c.

Leander Albertus Theologus illuſtris, Fidei Tribunalis Bononiæ Præfectus, & Alphonſi I. ætate vivens, in libro, cui titulus „ Deſcrizione di tutta l' Italia „ hæc poſteris tradidit: „ Alfonſo I. ebbe tre mo-
„ gli, cioè Anna figliuola di Galeazzo Sfor-
„ za Duca di Milano, e Lucrezia figliuola
„ d' Aleſſandro Papa VI. &c. Eſſendo mor-
„ ta Lucrezia antidetta, pigliò per MOGLIE
„ LAURA Ferrareſe di baſſo lignaggio, ma
„ d' alto ingegno, e di gran prudenza, Don-
„ na, dalla quale ne traſſe due Alfonſi.

Comes Federicus Scottus in conſiliis, quæ anno MDLXXXII. typis mandavit, ſer-

mo-

mone inſtituto de maritorum donationibus, ait: „ Exemplum ponerem in donamentis „ miſſis ab Alphonſo I. Duce Ferrariæ Do- „ minæ Lauræ ſecundæ (a) ejus UXORI, & „ filiæ Berettarii ab illo ductæ, cauſa voti „ implendi.

Marcus Guazzus in chronicis anno MDLIII. Venetiis in lucem editis inquit: „ Alfonſo „ ebbe TRE MOGLIE. L'una fu Anna figliuo- „ la di Galeazzo Maria Sforza Duca di Me- „ lano: la ſeconda Lucretia figliuola di Papa „ Aleſſandro Seſto, la quale ebbe Hercule, „ Hippolito, Franceſco, & Aleſſandro, qual „ morì l'anno 1519. L'ULTIMA fu LAURA „ Ferrareſe, Donna d'umil ſangue, ma per „ prudenza & ingegno molto nobile, & n' „ hebbe dui figliuoli. Finalmente morì l'ul- „ timo

(a) Tertiæ etiam, & quartæ nuptiæ ab Juriſperitis ſecundæ appellantur.

„ timo d'Ottobre l'anno 1534. e con quel-
„ la pompa, che detto habbiamo nelle no-
„ ſtre Hiſtorie, fu il ſuo corpo ſepolto nel-
„ la Chieſa delle Monache del Corpo di
„ Criſto. Divino autem conſilio eadem hiſtoria privilegiis ampliſſimis non tantum a Senatu Veneto, & ab Hetruriæ Duce, ſed & a Julio III. Romano Pontifice fuit comprobata.

Franciſcus Sanſovinus (a) in libro, quem, vivente Laura elucubravit, hæc de tribus Alphonſi matrimoniis ſcripta reliquit: „ Al-
„ fonſo I. Duca III. di Ferrara, Cavaliere
„ dell' ordine di S. Michele, del qual fu
„ DONNA Anna figliuola di Galeazzo Sfor-
„ za Duca di Milano, e poi Lucrezia fi-
„ gliuola di Papa Aleſſandro VI. e all' ulti-
„ mo LAURA EUSTOCHIA Ferrareſe. Rurſus

vero

(a) La Nobiltà delle Donne.

vero eadem expoſuit in *Chronologia*, quam Jacobo Boncompagno Generali Præfecto Romanæ Sedis inſcripſit.

Vincentius Bruſantinus Patricius Ferrarienſis, Arioſti, aliorumque Poetarum veſtigiis inhærens, qui futurarum rerum intelligentias enudare ſibi elegantiſſime arrogant, cum jam geſtas conſcribunt, in libro anno MDL. Venetiis promulgato, Renata Herculis II. Ducis uxore, ipſiuſque filiis Anna, Lucretia, & Leonora laudatis, ſubjectos verſus de Laura canit:

„Quella, che come l'amoroſa Stella
„Rende ſplendor, e adorna il verde LAURO
„Col NOME ſuo in queſta età novella,
„Ch'onorato ne vien dall' Indo al Mauro,
„D'ESTE ſerà, non men, che ſaggia e bella,
„E di due ALFONSI fia Madre, e riſtauro,
„Et al Terzo gran DUCA ſerà eletta

„Mo-

„Moglie, di Fede e di Virtù perfetta.
„Queſta Giulia ſerà &c.

Juliam modo Lauræ nurum commendare vates aggreditur. Nec reticere debeo, hoc opus a Bruſantino ad Herculem II. Lauræ privignum fuiſſe inſtitutum, privilegiiſque ab illo, ab Auſtriaco Cæſare, a Romano Pontifice, a Senatu Veneto, atque ab Hetruriæ Duce fuiſſe firmatum.

Andreas Thevetius, qui a Galliæ Rege doctrinæ ſtipendia meruit, dum Laura in vita manebat, Ferrarienſem Ducatum peragravit, ut ad Alphonſi I. hiſtoriam conficiendam notitias colligeret. In ea autem una cum aliis virorum illuſtrium vitis Lutetiæ Pariſiorum typis tradita, Lauræ matrimonium his verbis poſteritatis memoriæ commendat: „ Il eut pour Epouſes trois „Femmes, Anne &c. Lucrece &c. Après

„ la mort de Lucrece il EPOUSA LAURE gen-
„ til Femme Ferraroiſe, mais fort ſage, &
„ de gentil eſprit, dont il eut le deux Al-
„ phonſes.

Georgius Vaſarius pictorum illuſtrium hiſtoriis, quas anno MDLXVII in lucem edidit, pulcherrimis a Titiano tabulis pro Alphonſo pictis Lauræ imaginem his verbis adſcribit: „ Similmente ritraſſe la Signora
„ Laura, che fu poi MOGLIE di quel Duca,
„ che è opera ſtupenda.

Ludovicus Dominicus in libro (a) anno MDXLIX. Venetis prælis commiſſo, Renatæ Herculis II. uxoris laudibus hæc de Laura ſubjicit: „ Io non vi ricordo la Signora
„ Laura Euſtochia, che fu MOGLIE del Sig.
„ Duca Alfonſo, perchè io mi conoſca ſuffi-
„ ciente a onorarla.

Lu-

(a) La Nobiltà delle Donne.

Digitized by Google

Ludovicus Grottus in litteratorum Republica *Cæci Adriæ* nomine clarus, Venetiis anno MDLXXXII. in ædibus Divis Joanni & Paulo dicatis, coram plurimis graviſſimiſque Patribus elegantem recitavit orationem, qua Forum Alieni celebrans hæc ait: „ Il cui „ ſito produce Donne, che ignobili, e po„ vere meritano d' eſſer ſpoſate da Prencipi. Hæc autem verba „ l' Eccellentiſſima Signora Laura „ quæ in margine ejuſdem orationis publici juris factæ leguntur, Lauræ matrimonium a Grotto enuntiatum fuiſſe nos docent.

Albertus Lollius Ferrarienſis generis nobilitate, doctrinaque inſignis, ut Lucretiæ Rovarellæ viduitatem ſoletur, in oratione, quam primum anno MDXLIX. atque iterum una cum aliis anno MDLXIII. in lucem protulit, Lauram Eliſæ Neapolis Reginæ, aliiſ-

Digitized by Google

que illuſtribus viduis ornatiſſima hac laudatione adjungit: „ La Signora Laura Euſto„chia da Eſti, Donna veramente degna d'„infinita laude.

Hieronymus Henningius Ateſtinæ Familiæ conſcribens hiſtoriam in *Theatro Genealogico* anno MDLXXXVIII. in lucem emiſſo hæc de Alphonſi uxoribus ait: „ Uxor pri„ma Anna Galeatii Sforza filia, ſecunda „Lucretia Borgia &c. TERTIA LAURA „Ferrarienſis &c.

Elias Rauſnerus in libro, cui titulus: „Opus Genealogicum de præcipuis familiis Imperatorum &c.„ de Alphonſo I. ſermonem faciens „ Ex Laura, *inquit*, Ferrarienſi fœ„mina obſcuræ originis, & acerrimi inge„nii, maximæque prudentiæ, UXORE TER„TIA ſuſcepit Alphonſum &c.

In tomo octavo manuſcriptorum Ope-

rum

rum Peregrini Priſciani, in quo Ateſtinorum Principum hiſtoriam uſque ad annum MDLIII. eorumque habemus imagines, hæc de Alphonſo Lauræ filio leguntur: „ Que-
„ ſto Alfonſo fu figliuolo del Duca Alfon-
„ ſo...... Sopradetto Duca perchè SPOSÒ
„ ſua Madre, che fu la Signora LAURA,
„ che era figliuola d' un beretaro, che la
„ tolſe d' amore il Duca dito &c. Vive del
„ MDLIII.

Ex quamplurimis auctoritatibus Gaſpari Sardii Ferrarienſis hiſtorici, qui Alphonſi I. temporibus vivebat a Muratorio in volumine II. Ant. Ateſt deſcriptis, unam ſolummodo proferam „ Alfonſo 17., *Sardius inquit*, Si-
„ gnor di Ferrara, e 3. Duca fu creato Du-
„ ca il giorno di S. Paolo a dì 25. di Zena-
„ ro 1505. Moritte nel 1534. a dì ultimo
„ d' Ottobre, fu ſepolto &c. Ebbe tre mo-
„ glie-

„ gliera. La Prima fu Madama Anna di
„ Caſa Sforzeſca, fiola del Duca Galiazo, &
„ della Ducheſſa Bona, la quale morì di par-
„ to, e fu ſepolta nelle Suore di San Vito.
„ La ſeconda fu Madama Lucrezia Borgia,
„ la qual fu figliola di Papa Alexandro Sex-
„ to, & Sorella del Duca Valentino. Que-
„ ſta venne a marito a dì 2. di Febraro 1502.
„ & moritte nel 1519. a dì... Zugno. La
„ TERZA fu la Signora LAURA, di virtù &
„ bontà, ma non di ſangue nobile.

Alexander Sardius Gaſpari filius in libro, cui titulus „ Epilogo de li Signori Eſtenſi „ de Alphonſi uxoribus hæc poſteris prodidit: „ Ebbe per moglie Madama Anna Sforza, „ e per la ſeconda Madama Lucrezia Bor- „ gia, e per la TERZA Madama LAURA &c.

Simon Fornarius in Commentariis anno MDXLIX. Florentiæ evulgatis, quibus ea,

quæ

quæ Arioſtus in poemate inſcripto l' *Orlando Furioſo* obſcure referſit, explicare conatur, de Ateſtinis Principibus ſermone inſtituto, ex ſoluta matre natos animoſe naturales appellat, ne noxæ quidem eximens Lionellum, & Borſum, quibus Romani Pontifices, legitimorum hæredum conculcantes jura Ferrarienſe Regnum detulerant. Cum igitur non naturalibus, ſed legitimis Principibus Alphonſum, & Alphonſinum adnumeret, Lauram eorum matrem, Alphonſi I. uxorem fuiſſe teſtatur: „ Alfonſo (*Fornarii* „ *verba exſcribo*) Signore diciotteſimo hebbe gl' infraſcritti Figliuoli. Hercole, che „ a queſto dì è Signore decimonono. Hippolito di nome, di dignità, e di valore „ ancora al Zio ſomiglievole molto. Francesco Marcheſe della Padula, e duo altri „ Alfonſi parimente nominati „. Carmina

vero

vero in calce (a) exarata perpendens Lauræ matrimonium aperte confirmat, ait enim: „Finalmente m' è oſcuro, ſe quando ſog„giugne: E LA COMPAGNA E' LAURA, e' vo„glia, che ſia la TERZA MOGLIE d'ALFON„SO, la quale fu della Città di Ferrara, & „quantunque di baſſa conditione, nondi„meno Donna d'alto ingegno, & di gran „prudenza. Mihi autem gratulor, Fornarii librum Julii III. Pontificis Maximi, Caroli V. Cæſaris, Coſimique Hetruriæ Ducis privilegiis fuiſſe roboratum.

Expoſitis auctoritatibus adjiciam tabulas ab Aurelio Royto publico Ferrarienſi ſcriba III. Kal. Jan. anni MDL. obſignatas, quibus

(a) *Ecco la bella, ma più ſaggia e oneſta,*
Barbara Turca, e la compagna è Laura.
Non vede il Sol di più bontà di queſta
Coppia dall' Indo all' eſtrema onda Maura.

Digitized by Google

bus Lauræ mandato Antonius Ferracius ad aliqua negotia adminiſtranda deſignatur his verbis „ Illuſtriſſima Domina D. Laura Eu-„ ſtochia uxor quondam Illuſtriſſimi & Ex-„ cellentiſſimi Ducis Alphonſi Ferrariæ &c. In aliis pariter ab eodem ſcriba pridie Idus Februarii anni MDLI. obſignatis, Laura „ uxor quondam Illuſtriſſimi, & Excellen-„ tiſſimi Ducis Alphonſi „ nuncupatur.

Amentiæ profecto convincerem veritatis inimicos, qui prolatis demonſtrationibus reſpondere tentarent: attamen ad eruditionem potius quam ad neceſſitatem alia congeram argumenta.

Illuſtris, Illuſtriſſimi, Excellentiſſimi, vel Excellentiæ titulos, quibus Ateſtini Principes diſtinguebantur, Alphonſus II. cæteris Familiæ ſuæ legitimis Principibus dimittens Sereniſſimi ſibi nomen adſcivit. Al-

phonſi exemplum ſequuti fuere reliqui Italiæ Principes, nec per plures annos Sereniſſimi titulo eos, qui regnum non tenebant, fuiſse decoratos omnia documenta demonſtrant.

Priuſquam Laura Alphonſo I. nuberet, magnifica tantum a ſervis etiam appellabatur. Communis hujuſce obſervantiæ teſtimonia plurima habemus, atque inter ea tabulas accepti, & expenſi a Lauræ negotiorum confectore inſcriptas „ Libro della Magnifica „ Madonna Laura Euſtochia del maneggio „ di Meſſer Tomaſo Mazarello Fattore. Illuſtriſſimæ igitur, Excellentiſſimæ, vel Excellentiæ titulis diſtincta ab his etiam ex Ateſtinis Principibus, qui eam non diligebant, ab Adminiſtris Pontificiis, a Magiſtratibus Civitatibuſque graviſſimis, Ateſtinam Principem, Alphonſique uxorem ſe omnibus probat.

Fran-

Franciſcus Ateſtinus Alphonſi I. ex Lucretia Borgia filius „ All' Illuſtriſſima Signora mia La Signora Laura d' Eſte „ ſuas ad Lauram litteras inſcribit.

Hercules II. Dux fratribus, filiiſque ſuis Illuſtris plerumque titulum, Illuſtriſſimi vero, & Excellentiſſimi ſibi, Renatæ uxori ſuæ, & Lauræ tribuit. Inter cætera monumenta privilegium habemus anno MDXLIV. Blaſio Reſano a Laura datum, annoque MDL. ab Hercule firmatum, obſignatumque ab Alexandro Guarino, Baptiſta Sarachio, & Baptiſta Gyraldo ipſius adminiſtris, in quo Laura Excellentiſsimæ, & Illuſtriſsimæ titulis par Herculi, & Renatæ, ſuperior vero cæteris Ateſtinis Principibus apparet.

Albertus Lollius, de quo ſuperius dictum eſt, comptam diſertamque fabulam anno MDLXIV. typis traditam Lauræ patrocinio

commendans „ All' Illuſtriſsima, e Virtuoſiſſima Signora Laura Euſtochia da Eſte „ præfationem inſcribit: Deinde vero hæc de ejus laudibus prædicat: „ Non dee alcuno „ ora punto maravigliarſi, ſe vedendoſi queſta mia Paſtorella co' prezioſi fregi dell' „ Inclito Nome di Voſtra Eccellenza sì riccamente adornata &c. Sotto l' invitto „ ſcudo dell' Autorità e Protezione di Voſtra Eccellenza ella ſtarà ſicura &c.

In tabulario pagi, qui Monticulus dicitur, ſupplex extat libellus totius populi nomine ſexto Kal. Sept. anni MDXL. Lauræ decretus, cujus aliqua verba ſubjiciam: „ Li „ devotiſſimi, e fedeliſſimi ſervitori di quella „ il Comune & huomini di Montecchio & „ ſue ville &c. ſupplicano &c. che voſtra Ex„ cellentia ſi degni approbare, e confirmare „ tutti i loro Capitoli, Decreti &c. Il che Vo-

„ ſtra

„ ſtra Excellentia ſi voglia degnar per ſua ſoli-
„ ta liberalità far remiſſione ad eſſo Comune.

Iidem leguntur tituli in alio ſupplici libello, quem Dominicus Monteſellus Lauræ exhibuit: „ Illuſtriſs. *Monteſellus inquit*, & „ Excellentiſs. Signora. A Voſtra Signoria Il-
„ luſtriſſima ſupplica il fedeliſſimo ſervitor di
„ quella Domenico Monteſello qualmente
„ avendo il ſupplicante cinque biolche di
„ terra in le ville di Santullaro ſotto Montec-
„ chio juriſdictione di V.S. Illuſtriſs. e ſuoi Il-
„ luſtriſs. figliuoli &c. „ Lauræ vero Miniſter in libello ſignando hac utitur formula: „ Illu-
„ ſtriſſima Domina mandat ſupplicantem in-
„ veſtiri per magnificum Comitem Joannem
„ Franciſcum a Sacrato ejus mandatarium, &
„ Locumtenentem de terris ſupradictis &c.
„ Hieronymus Cattabenus 24.
„ Martii 1545.

Funge-

Fungebatur is Lauræ adminiſter in Foro Alieni publici ſcribæ munere, quare ſubjectum nobis monumentum reliquit. „In „Chriſti nomine Amen. Anno ejuſdem „Nativitatis Milleſimo Quingenteſimo Qua„drageſimo tertio, Indictione Prima, die „quinta Menſis Octobris, Ferrariæ in „camera Factoriæ Illuſtriſs. D. D. Alphon„ſi Eſtenſis poſitæ in ejus Palatio ſuper „via Angelorum, præſentibus Magnifico „Domino Auguſtino de Fino, & Specta„bile Domino Hieronymo Orlandino &c. „Magnificus, & Generoſus Comes Joan„nes Franciſcus a Sacrato, Commiſsarius „& Locumtenens Generalis Illuſtriſs. D. „D. Lauræ Euſtochiæ Eſtenſis, * Mater „& Tutrix Illuſtriſs. D. D. Alphonſi Eſten„ſis, habens Mandatum generale locavit &c.

* Matris & Tutricis.

Tabulæ in Mutinenſis Provinciæ oppido,

quod

quod Finarium dicitur, aſſervatæ in memoriam revocant librum „ exiſtentem pe-
„ nes Illuſtriſs. D. D. Lauram Eſtenſem,
„ ſeu agentes prædicti Illuſtriſs. D. D. Al-
„ fonſi.

In Foro Lepidi apud Comites Valliſnerios monumentum extat honoris anno MDXLI. nobili Viſdominæ familiæ a Laura impertitum, in cujus initio, Ducali ritu, Lauræ Euſtochiæ Eſtenſis nomen ſcriptum eſt: In fine autem „ Nos, *Laura inquit*, Mater, &
„ Tutrix antedicta, attenta ipſius D. Ale-
„ xii in nos & Filios noſtros obſervantia
„ ac devotione, necnon Majorum ſuorum
„ fidem in Illuſtriſſimam DOMUM NOSTRAM
„ decrevimus &c.

„ Datum Ferrariæ in Palatio Reſi-
„ dentiæ noſtræ &c.

Prolixum Regienſis Civitatis monumentum

tum

tum, (a) quod non titulis tantum, ſed aliis etiam rationibus Lauræ dignitatem probat ex

HERCULES DUX FERRARIAE.

Litteræ Ducales de fide adhibenda dictis Oratoribus.

Spectabiles fideles noſtri dilectiſſimi. Sono ſtati quì li voſtri Ambaſciatori, & hanno negoziato con noi quello, che da voi havevano comiſſione: & perchè ora ſene ritornano con la eſpedizione, che da eſſi intenderete a bocca, non vi diccmo altro, ſe non che al riporto loro ci rimettemo. Bene valete. Ferrariae 24. Sptembris.

A tergo. *Alexander.*

Spectabilibus fidelibus noſtris dilectiſſimis Dominis Ancianis Civitatis noſtræ Regii.

Unde dicti Oratores retulerunt ipſis Dominis Conſiliariis, ipſo Domino Galleoto verba faciente longâ quidem contione, ſed in effectu de Aquaeductu, ſeu Brigna Poncini in territorio Scandiani contra Comitem Julium Bojardum, prout in Litteris praefati ILLUSTRISSIMI Domini Ducis noſtri ad Dominum Gubernatorem Regii, quarum exemplum inferius habebitur, ſub data die 24. praeſentis Menſis Septembris, & de quarto Aquae Entiae per Monticulenſes dirupto & fracto, prout in exemplis Litterarum ILLUSTRISSIMAE DOMINAE LAURAE EUSTOCHIAE ESTENSIS ad Dominum Commiſſarium Monticuli, ſub die dicto 24. Septembris, & aliarum ad ipſos Monticulenſes; & etiam prout in exemplo Proclamatis ab ea ſuperinde emanato, & prope diem publicando in Terra Monticuli, quae omnia exempla inferius annotabuntur, &c.

Litteræ ILLUSTRISSIMAE Do-

Dilectiſſime noſter. Per fare conveniente dimoſtrazione della ſcorteſia uſata da queſti noſtri Sudditi, in rompere la muraglia, che era d' intorno al Quarto, che alli paſſati

ex Muratorii libris in calce paginæ exſcribam.

K In

fu poſto nella Villa de Aiola di commiſſion del Signor Duca, avemo formata la quì alligata Grida, la qual vi rimettemo, acciò la facciate pubblicare, e facciate, che gli Homini di quello noſtro Comune facciano ſubito racconciare il detto Quarto e muraglia, e la riducano ne i primi termini. Per tanto farete, ſi eſequiſca incontinente: e ſe eſſi voleſſero allegare alcuna lor ragione, per la quale biſognaſſe differire l' eſecuzione di queſta noſtra, non volemo, gli attendiate, ma volemo, che prima facciano queſto, poi dicano quanto gli parrà di dire, perchè non volemo deviare dal volere di ſua Excellentia.

MINAE LAURAE ESTENSIS, de Quarto Aquę reponendo, & de clamore ſuperinde, ad Commiſſarium Monticuli.

Di Ferrara a dì 24. Settembre 1544.

A tergo. *Domino Commiſſario Monticuli noſtro dilectiſſimo.*

Dilettiſſimi noſtri. Poichè ſiete ſtati così audaci, che non avete avuto riſpetto, guaſtare quello Quarto poſto nella Villa de Aiola, territorio di quello noſtro Luoco, & la muraglia, che vi era datorno, il quale, come ſapete, vi era ſtato poſto di commiſſione dello Illuſtriſſimo Signor Duca, vi ordinemo e commettemo expreſſamente, che viſta la preſente, ſubito lo dobbiate fare racconciare e ridurre nel termine, ch' egli era prima, quando è ſtato guaſto, perchè non intendemo per modo alcuno deviare dal volere di Sua Excellentia. Sichè ſenza alcuna repplica del modo eſequite ſubito queſta noſtra commiſſione, e guardative per l' avenire, non contravenire alla noſtra Grida, ſopra di queſto pubblicata, perchè ne patirete pena irremiſſibile.

Havendo inteſo l' ILLUSTRISSIMA SIGNORA LAURA &c. che il Quarto, il quale a' giorni paſſati di com-

In deliberatione a Mutinenſi Civitate facta decimo quinto Kal. Februarii anni MDXLIII. hæc continentur: „ Propoſitum fuit neceſ- „ ſarium eſſe ſpecialiter conſtituere procura- „ torem ad exigendum, & ſe habuiſſe, & „ recepiſſe confitendum ab ILLUSTRISS. & „ EXCELLENTISS. D. D. LAURA EUSTOCHIA „ ESTENSE Matre, & Tutrice Illuſtriſs. D. „ Alphonſi Eſtenſis ducatos ducentos auri „ in auro debitos Communi &c. Plurima ejuſmodi Mutinenſis Civitatis in Lauram obſequii teſtimonia in publico tabulario ex- ſtant, quatuorque literarum exempla, quas

ea-

miſſione dello Illuſtriſſimo Signore Duca fu poſto nella Villa de Aiola territorio di Montecchio, è ſtato ruinato e guaſto, col rimovere la muraglia, che vi era dintorno, ha deliberato farne conveniente Demoſtrazione, acciò ſi cognoſca, quanto le ſia ſpiacciuto tal diſubbidienza. Per il che col mezzo di queſta ſua preſente pubblica Grida fa intendere a ciaſcuno, ſia che ſi voglia &c.

Digitized by Google

eadem Civitas ad Lauram dedit: ſed officio meo ſatisfeciſſe credam, ſi unam tantum ex illis edam, omnes enim videntur Lauræ jus pari ratione tueri: „ Illuſtriſs. & Excellen-
„ tiſſima Signora noſtra Oſſervandiſſima.
„ Per lettere del noſtro Mandatario, &
„ Ambaſſatore coſtì, qual' è il Magnif. Ju-
„ riſconſulto M. Gioanni Baranzono, hab-
„ biamo inteſo, come lui in nome noſtro
„ ha ricercato gli Agenti di V. S. Illuſtriſs. a
„ fare il pagamento delli Ducati ducento,
„ promeſſo per il Cavamento del Canaleto,
„ el quale ne viene più di mille Ducati. Ho-
„ ra pare, che 'l ge ſia ſtato riſpoſto, non
„ li volere pagare per non ſtare bene dicto
„ Cavamento: coſa, che ne è molto rincre-
„ ſciuta d' intendere, & per eſſere contra a
„ quel che ſempre n' è ſtato riferto, ch' era
„ un Cavamento, che mai più ge ne fu fat-

„ to un tale. Ma ſe coſa alcuna vi è, ſia-
„ mo certi, che è proceſſo dalli ſtrani tem-
„ pi, & da gran moltitudine d' acque ſtate
„ a' giorni & meſi paſſati: perchè quando fu
„ VOSTRA EXCELLENTIA da noi ricercata,
„ era in tal termine &c. Il Sig. Ducale Fat-
„ tore, che ne ſtimola oltra modo a fare
„ dicto pagamento: per la ſperanza ſi tiene
„ in VOSTRA EXCELLENTIA, a quella con-
„ fidentemente ſupplichiamo &c.

Argumentis modo ex Lauræ funere coacervatis, Clementem per ſummam injuriam in Ateſtinorum patrimonium invaſiſſe, demonſtrare perſeverabo.

Quinto Kal. Julii anni MDLXXIII. e vivis præclariſſima mulier exceſſit. Poſtridie autem ejus diei Alphonſus II. Dux, Alphonſus Cæſaris parens, Cardinalis Aloyſius, necnon Adminiſtri, patricii, & omnes hi,

qui

qui in aula degebant, Antiſtites, Religioſæque Sodalitates, Præfecti artium: omnes denique, qui Magiſtratum aliquem in Foro Alieni gerebant, ſqualloris, & ſordium pleni ex Ducalibus ædibus ejus cadaver ad Templum D. Auguſtino dicatum comitati fuere: in eo etenim proxime nurui ſuæ Urbini Ducis filiæ, quam peculiari fuerat amore proſequuta, ſe tumulari mandaverat. Pridie vero Non. Sext. ſublimi ibidem pegmate extructo, ingentique facium incenſa copia, dum mœſto ſacrarum turrium concentu tota urbs perſonabat, duo Pontifices una cum integro Sacerdotum collegio, qui in Cathedrario Templo divinis rebus operam dabant, gravioribus cærimoniis ſervatis, iterum Lauræ funeri juſta ſolverunt. In aliis vero Fanis Lauræ Familiæ inſignia cum Ateſtinis conjuncta, præclaraque inſcriptio-

ne

ne exornata fuerunt expoſita. Et ne omnia harum rerum monumenta confectcr, eximia tantum brevi comprehendam.

Antonius Iſnardus Ferrarienſis, quem anno MDLXXVII. obiiſſe credimus, in memorabilium ætatis ſuæ libro ita ſcribit. „ A dì
„ 27. di Giugno 1573. morì l'Illuſtriſs. Sig.
„ Laura Eſtenſe, che FU MOGLIE dello Il-
„ luſtriſſimo Sig. Duca Alfonſo da Eſte. Fu
„ ſepolta adì 28. detto a S. Agoſtino con
„ gran pompa, & fu accompagnata alla
„ Chieſa dall' Illuſtriſs. & Reverendiſs. Car-
„ dinale di Ferrara, dall' Illuſtriſs. Sig. Duca
„ noſtro, & dall' Illuſtriſs. Sig. D. Alfonſo
„ Figliolo della predetta Signora, & dalla
„ Corte delle loro Signorie Illuſtriſſime.

Joannes Maria de Maſſa Ferrarienſis, qui patriam hiſtoriam uſque ad annum MDLXXXV. perduxit, hæc ait: „ Morì la Sig. Laura

Eu-

„Euſtochia Dianti da ESTE MOGLIE d' Al-
„ fonſo I. Duca III. di Ferrara, Madre d' Al-
„ fonſo, & di Alfonſino da Eſte, ſepolta a
„ S. Agoſtino con funerale da DUCHESSA
„ par ſua.

Hieronymus Merendus Ferrarienſis ſacro Cathedratici Templi collegio adſcriptus, in libro, qui memoriarum hiſtoricarum titulum præfert, hæc nobis tradidit: „ A dì 27.
„ di Giugno MDLXXIII. morì la Sig. Laura
„ da Eſte Madre del Sig. D. Alfonſo d' Eſte,
„ Zio del noſtro Sig. Duca Alfonſo II. e fu
„ ſepolta come DUCHESSA nel Monaſtero
„ di S. Agoſtino.

Auguſtinus Fauſtinus quoque in ſupplemento hiſtoriæ Fori Alieni a Gaſparo Sardio elucubratæ, Alexander Sardius in Diario patriarum rerum, quas dignas memoria cenſuit, Marcus Antonius Guarinus in Com-

pen-

pendio hiſtorico Fori Alieni Templorum, quod Divis Protectoribus, Communitatique ejuſdem Urbis commendavit, locupletes ſunt exequiarum Lauræ teſtes.

„In Ferrara, *Fauſtinus inquit*, in queſti „giorni morì la Sig. D. Laura Euſtochia, „che era ſtata MOGLIE del Duca Alfonſo I. „&c. la quale così morta fu accompagna„ta &c. Nel qual tempo furono anche af„fiſſe nelle Chieſe, e ne' luoghi pubblici l' „Arme di lei con titolo di DUCHESSA. „Fu Ella ſepolta nella Chieſa delle Mona„che di S. Agoſtino con diſpiacere univer„ſale di tutta la Città.

„Domenica 28. Giugno, *ſunt hæc Sardii* „*verba*, fu ſepolta la Sig. Laura Euſtochia „Madre del Sig. D. Alfonſo d' Eſte in S. „Agoſtino con grandiſſimo onore d' Eſſe„quie DUCALI, intravenendovi i Tribuna-

„li,

„li, le Arti: & eſſendo il corpo accompa-
„gnato dal Duca, Cardinale, & molto po-
„polo, & l' Arma ſua fu poſta nelle Chie-
„ſe, MEZA DUCALE, & MEZA PROPRIA con
„la CORONA di ſopra, & con Iſcrittione
„DUC. FER.

„In queſta Chieſa, *Guarinus ait*, ſta ſe-
„pellita la Giulia dalla Rovere, Figliuola di
„Franceſco Maria Duca d' Urbino, ſpoſata
„ad Alfonſo Eſtenſe, Figliuolo del Duca
„Alfonſo I. come nel ſepolcro di lei ſi leg-
„ge, e quì ſotto ſta regiſtrato: Juliæ Fran-
„ciſci Mariæ Urbini Ducis filiæ Alphonſus
„Alphonſi Ferrar. Ducis filius Conjugi in-
„comparab. ſuaviſs dulciſs. ejuſq. Poſteris.
„Nel medeſimo Sepolcro anche giace la
„LAURA Euſtochia Dianti, TERZA MOGLIE
„del ſopra nominato DUCA ALFONSO I. la
„quale venne accompagnata alla ſepoltura

„ con ſolenniſſima Pompa , dove anche in-
„ tervenne il gran Cardinale Luigi Eſtenſe,
„ il Duca Alfonſo Secondo, e D. Alfonſo
„ ſuo figliuolo: preſſo della quale venne an-
„ che ripoſto Alfonſino ſuo Nipote &c.

Hucuſque expoſitis nonnullas ex recentioribus auctoritatibus Ferrarienſium addam, qui Lauræ funerum monumenta vidiſſe dixerunt.

Hippolytus Perendolus annos LXXIV. natus, & non minus nobilitate generis, quam pietate clarus, in templo Sodalium D. Dominici inſtituta ſervantium, ubi D. Luciæ aram ipſe exædificaverat, ſe obſervaſſe teſtatur (ipſius verbis utor) „ Un' Arma
„ da morto, la quale era attaccata & affiſſa
„ all' Organo di detta Chieſa, nella quale
„ erano queſte parole: LAURA ESTENSIS
„ DUCISSA FERRARIÆ: Inferius autem re-

citans

citans quæ pluries ex patre ſuo audierat, inquit „ Haver più volte ſentito dire al Sig. „Alfonſo mio padre, che detta Arma co- „me ſopra poſta in detto organo era quella „di D. Laura Euſtochia, che fu TERZA MO- „GLIE d' Alfonſo I. Duca di Ferrara.

Baptiſta Beltramus, quo pauci certe illis temporibus ſeniores, annos etenim erat LXXXVIII. natus, nemo natura, moribuſque gravior, exequiarum narrationi hæc de Laura, & Alphonſo ejus filio præmittit: „ D. „ Alfonſo d' Eſte, il quale fu figliuolo del Du- „ca Alfonſo I. nato della Sig. Laura Euſto- „chia Eſtenſe, la quale ho più volte, quan- „do ero giovane, & anco dippoi, ſentito „dire, che nel principio fu Donna di detto „Alfonſo I., ma che poi nel fine fu SUA „LEGITIMA MOGLIE &c. Et mi ricordo an- „co (*Lauræ modo juſta commemorat*) quando

 „ det-

„ detta D. Laura paſsò da queſta all' altra „ vita: & che li fu fatto un honore gran- „ diſſimo, così nel ſepellirla, come nell' „ Eſequie &c. Et mi ricordo anco dopo d' „ aver veduto, alcuni anni ſono, delle Ar- „ mi da morto di detta D. Laura Eſtenſe „ così nella Chieſa di S. Domenico, come „ di detto S. Agoſtino con l' ARMA D' „ ESTE & di detta D. Laura inſieme con „ le infraſcritte parole ſotto e ſopra la det- „ ta arma, cioè LAURA ESTENSIS DUCISSA „ FERRARIÆ.

Plurimæ permanent ejuſmodi apud Ateſtinos gravium virorum auctoritates, qui diutiſſime ſenes fuere, juratique funera Lauræ, ejuſque matrimonii famam confirmarunt, poſteaquam Clemens VIII. acerbitatis ſuæ virus evomit. Sed jam prolatis, verba tantum Cæſaris Ubaldini adjiciam: iis enim Ferra-

rien-

rienſium omnium teſtimonia complexa eſſe videntur. Scimus, ſcimus omnes (anno MDXCVIII. dolore incenſus gravis hiſtoricus clamabat) Lauram Alphonſo I. nupſiſſe, ideoque Alphonſum Cæſaris patrem, ipſorum legitimum eſſe filium. In his autem admirandum eſt, tantam fuiſſe vim veritatis, ut Ferrarienſes indignationem Romanorum Pontificum, ſub quorum dominatione vivebant, non pertimuerint.

Eſt pariter in publico monumento Clementi poſito maximum veritatis vis argumentum. Manet adhuc in celeberrimo Fori Alieni loco, in eoque maximis litteris inciſum eſt:

CLEMENS VOLENS ET POTENS.

Invidioſis hiſce laudibus glorioſam profecto Clementi perſonam aſſentatores imponere cogitarunt, invitique poſteris ipſius iniqui-

ta-

tatis, effrænatæque violentiæ reliquerunt imaginem.

Sed ad antiquiora tempora redibo, argumentiſque petitis ex publico obſequio, atque ex obſervantia Principum in Lauræ filios odioſiſſimam calumniam diluere pergam.

Et primum ex Mutinenſi tabulario reverentiæ a Magiſtratibus, qui Civitatis perſonam gerebant, erga Alphonſum adhibitæ teſtimonium proferam. „ A dì 3. Ottobre „ 1559. Viſita dell' Illuſtriſs. & Excellentiſs. „ Signore il Signor D. Alfonſo da Eſte. Li „ Signori Conſervatori levatiſi dalli loro „ loci in compagnia del Signor Podeſtà „ Collegialmente andarono in Caſtello, & „ fecero riverentia al predetto Signor D. „ Alfonſo &c. come Servitori di ſua Excel„ lentia.

Pius

Pius IV. Pontifex Maximus, dum anno MDXXXIX. erat Parmæ Præſes, de pago Ateſtinæ ditionis verba faciens, Alphonſum, & Alphonſinum Lauræ filios Illuſtriſſimos, fratreſque Fori Alieni Ducis appellat: „ Mon„tecchio, *ait ipſe*, luoco delli ILLUSTRIS„SIMI SIGNORI FRATELLI dell' Eccellen„tia del Duca di Ferrara.

Tabulæ ab Aurelio Royto Ferrarienſi ſcriba, quem ſuperius nominavimus, ſeptimo Kal. Nov. anni MDLV. confectæ, certiores nos faciunt, Commiſſarium generalem „ Il„luſtriſſimi & Reverendiſſimi D. D. Hippo„lyti S. R. E. Cardinalis vendidiſſe tria præ„dia Illuſtriſſimo D. Don Alfonſo Eſtenſi, „dicti Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. D. Car„dinalis Fratri.

In aliis vero tabulis ab eodem ſcriba quarto Idus Junii anni MDLIX. obſignatis legimus:

„ Il-

„ Illuſtriſſimus D. Don Alfonſus Filius reco-
„ lendæ memoriæ Illuſtriſs. & Excellentiſs.
„ D. D. Alfonſi Eſtenſis olim Ducis Ferra-
„ riæ, volens oſtendere ſuum bonum ani-
„ mum erga Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. D.
„ Hippolytum Eſtenſem, Cardinalem Fer-
„ rariæ nuncupatum, ejus Illuſtriſs. D. Don
„ Alfonſi Fratrem &c.

In litteris quarto Id. Jan. anni MDLIII. ad Mutinenſem Civitatem ſcriptis Hercules II. Dux Alphonſum, Illuſtriſſimum Fratrem ſuum nuncupat. Innumeræ autem ſunt epiſtolæ, tabulæque, in quibus Hercules II. Lauræ filii, aliique Ateſtini Principes ea ſe ratione fratres viciſſim appellant, ut legitimos omnes Alphonſi I. fuiſſe filios ridiculum ſit dubitare.

Hieronymus Ruſcellius, is qui explanationem poematis ab Arioſto Furioſi nomi-

ne

Digitized by Google

ne inſcripti anno MDLVI. Venetiis edidit, Alphonſum cæteris Alphonſi I. legitimis filiis adſcribit, omneſque maximam Italiæ laudem, & decus appellat: ait enim „ Prole, „ progenie Erculea, d' Ercole Eſtenſe Duca „ di Ferrara, che fu padre del Cardinal Donno Ippolito, a chi è dedicato il Libro. „ Il qual Cardinale fu Zio dell' Illuſtriſſimo „ Sig. D. Ercole II. da Eſte, Duca IV. di „ Ferrara, & dell' altro Cardinal Donno Ippolito, del Sig. Don Franceſco, & del Sig. „ DON ALFONSO, tutti Fratelli, & tutti conſeguentemente ILLUSTRISSIMI, & ONORATISSIMI Signori, & tutti ora vivi per „ alto e vero ſplendor dell' Italia.

Joannes Baptiſta Gyraldus, de quo ſuperius diximus, celebritatem, pompamque diei, quo Hercules II. regnum inivit, apprime deſcribens, de Hippolyto, ex Lucretia

Borgia, duobuſque Alphonſis Alphonſi I. ex Laura filiis, qui novum Ducem comitabantur hæc carmina (a) ſcripſit:

„*It comes Hippolytus, ſacro velatus honore &c.*
„*Macte animo, Hippolyte, & Proles Digniſſima Patre,*
„*Et Fratre Alcida Dignus, tibi numina Divûm*
„*Aſpirent, votiſque tuis feliciter adſint.*

ALFONSI DUO ESTENSES.

„*His ſeſe comites addunt ALPHONSUS uterque,*
„*PATRE AMBO DIGNI, pariter claræ indolis ambo,*
„*Virtutiſque ambo, atque animi monumenta paterni:*
„*Quos olim, non jam Penei ad fluminis undam*
„*Sed magni Eridani ad ripas pulcherrima DAPHNE,*
„*Illa tuos DAPHNE, Pæan, quæ ſpreverat ignes,*
„*Non LAURUS, ſed jam propria ſub imagine formæ,*
„*Edidit ALFONSO dias ſub luminis auras:*
„*SORTE SUA DAPHNE FELIX, & prole beata.*

Ne-

(a) Extat Mutinæ in eximia bibliotheca Marchionis Fontanelli, viri profecto magni conſilii & doctrinæ, elegans illa lucubratio, quæ Herculis II. fuit patrocinio munita, & una cum aliis anno MDXXXVI. a Gyraldo Florentiæ evulgata.

Nemo profecto poteſt eſſe tam averſus a vero, qui cogitet, in publico, graviſſimoque Ateſtinorum Principum conventu Lauræ filios, quantumvis infantes, locum habuiſſe, ſi tanquam intemperantiæ monumenta, non paternæ virtutis teſtes ſe debuiſſent oſtendere: Nemo tam impudens, qui dubitare audeat, eos, atque Cardinalem Hippolytum a ſcriptore prudentiſſimo, a præclaro philoſopho, atque a Chriſti ſectatore paribus fuiſſe laudibus exornatos; Lauram vero in memoriam revocatam, appellatamque ſua ſorte felicem, niſi feliciter, glorioſeque fuiſſet Alphonſo conjuncta.

Liber in lucem editus anno MDLIX. cujus index hic eſt „ La creazione del Sig. D. „ Alfonſo II. Duca quinto di Ferrara „ hæc nobis ob oculos ponit: „ Veniva il Duca, „ & dalla deſtra il Sig. Donno Alfonſo da

Digitized by Google

„ Eſte, & dalla ſiniſtra il Conte della Mi-
„ randola &c. Ex his autem Alphonſum in maxima celebritate dextero inaugurati Ducis lateri adhærentem, ex cæteris Principibus tenuiſſe primas colligitur.

In accuratis Iſnardi, & Fauſtini hiſtoriis invenimus, Alphonſum II. Fori Alieni Ducem, Alphonſumque Cæſaris patrem, cum ad orationem de laudibus Herculis II. audiendam convenerunt, eodem in ſolio conſediſſe.

Iſnardus præterea nos edocens, Alphonſo anno MDLIV. ex Gallia redeunti cæteros Ateſtinos Principes cum magno nobilium comitatu obviam proceſſiſſe, hæc ait: „ Ar-
„ rivò in Ferrara l' Illuſtriſs. Sig. D. Alfonſo
„ Principe di Ferrara, qual veniva di Fran-
„ cia, accompagnato da gl' infraſcritti Si-
„ gnori, l' Illuſtriſs. & Reverendiſs. Cardi-

„ na-

„nale Eſtenſe, l' Illuſtriſſimo Sig. D. Fran-„ceſco Eſtenſe, l' Illuſtriſs. Sig. D. Luigi „Eſtenſe, & l' Illuſtriſs. Sig. D. Alfonſo „Eſtenſe, accompagnati da gran numero „di Gentiluomini. Miſeri quidem ingenii eſſet, utrum complures Principes tanta facilitate, & magnificentia nothi reditum cohoneſtaſſent, ſciſcitari. Nemo enim ignorat, a rebus omnibus, quæ regiæ dignitati repugnare videntur, Ateſtinorum ſemper voluntatem, rationemque abhorruiſſe.

Liber inſcriptus „ L' Entrata che fece in „Venezia l' Illuſtriſs. & Eccellentiſs. Sig. Du-„ca Alfonſo II. Eſtenſe, de æqualibus Veneti Senatus obſervantiæ argumentis in Alphonſum ex Laura, & Franciſcum ex Lucretia Borgia Alphonſi filios quamplurima exponit.

Nec diſparia fuerunt in eos Regis Galliarum officia, ambos etenim D. Michaelis

inſi-

inſigni donavit, quod erat illa ætate præclarum, atque in epiſtolis patrueles ſuos nuncupabat.

A Mantuæ Duce Andreaſium hominem nobilem fuiſſe deſignatum, ut Alphonſum morte matris in mœrore jacentem ſolaretur, ex litteris confectis duodecimo Kal. Sept. anni MDLXXIII. & Mantuæ aſſervatis agnovi.

Eidem officio Mutinenſem Civitatem ſatisfeciſſe, mandati, quod ſuo Legato dedit, exemplum firmæ certæque auctoritatis in ejus codicibus exaratum demonſtrat „ A „ nome noſtro farete officio di condo„ glianza con l' ILLUSTRISS. Sig. D. Alfon„ ſo d' Eſte per la morte dell' ILLUSTRISS. „ Signora ſua Madre, offerendogli queſta „ Communità diſpoſta ad ogni ſuo ſervitio.

Ex his vero intelligi par eſt, gloria apud omnes Lauræ nomen floruiſſe, dementis

enim

Digitized by Google

enim fuiſſet, non prudentis Principis, graviſſimæque Civitatis publicis officiis concubinæ mortem dolere, originiſque vitium Alphonſo exprobrare.

Veniamus modo ad Auſtriacorum Cæſarum teſtimonia, qui ſuum cuique tribuere glorioſum, turpitudini vero favere indecorum ſemper, indignumque duxerunt.

Ferdinandi I. ratio in ſubjecto diplomate, quo, Alphonſo II. Duce approbante, octavo Kalend. Nov. anni MDLXII. Alphonſum florentiſſimi pagi Marchionem declarat, plene quidem cognita eſt: „ In „conferendis & diſtribuendis honoribus „ornamentis, & beneficiis, ſingularem ſem„per præ ceteris rationem nobis habendam „exiſtimavimus illorum, qui ut PRNICIPE „loco nati eſſent, & ex iis Majoribus de„ſcenderent, quorum plurima extarent in

„Rem-

„ Rempublicam merita, ſic quoque DIGNI-
„ TATI NATALIUM, Eminentiæque ſibi a
„ Progenitoribus traditæ, integritate vitæ,
„ ac morum honeſtate, inconcuſsâque erga
„ S. R. Imperium fide, aliiſque Heroicis,
„ & PRINCIPE VIRO Dignis Virtutibus Reſ-
„ pondere anniterentur. In Quorum Sane
„ Numero cum locum nequaquam poſtre-
„ mum obtineat ILL. Noſter & S. Impe-
„ rii Fidelis dilectus D. Alphonſus ex Mar-
„ chionibus Eſtenſibus, qui ſicuti natus eſt
„ Parente, qui de Divis Prædeceſſoribus
„ noſtris, & S. Imperio, multifariam opti-
„ me meritus fuit, ILL. ſcilicet quondam
„ Ferrariæ &c. Duce; ſic Ipſe quoque Nos
„ & Imperium ſingulari fide & obſervan-
„ tiâ colit &c.

Conſentanea porro cum his ſunt Maximiliani II. verba, quibus Id. Febr. anni MDLXX.

Fer-

Ferdinandi I. decretum confirmat. „ Con-
„ ſiderantes (*Romanus Cæſar inquit*) ILL. D.
„ Alphonſum de Eſte, Marchionem Mon-
„ tecchii, CONSANGUINEUM NOSTRUM Cha-
„ riſſimum, præter Generis ſui NOBILITA-
„ TEM & EMINENTIAM, ut qui ILL. quon-
„ dam Alphonſo Ferrariæ &c. Duce Geni-
„ tus ſit, Majorum ſuorum de Nobis ac
„ S. R. Imperio: inclytaque Domo noſtra
„ Auſtriæ optime meritorum exemplo atque
„ veſtigiis præclare inſiſtentem, nullam vel
„ Avitæ Virtutis tuendæ, vel ſuæ in præfa-
„ tos Anteceſſores noſtros, ac Nos ipſos,
„ Sacrumque R. Imperium, necnon incly-
„ tam noſtram Auſtriæ Domum, devotio-
„ nis & obſervantiæ comprobandæ occaſio-
„ nem hactenus prætermiſiſſe &c.

Monumentis hactenus ad Clementis in-
juſtitiam demonſtrandam collectis adjun-

gam aliqua ex tabulis a Baptiſta Saracchio decimoſept. Kal. Februarii anni MDXLVIII. coram Hercule II. exaratis, quibus Alphonſus annos viginti natus Alphonſum Roſſettum Fori Alieni & Comacli Pontificem, necnon Leonellum Cattabenum nobili genere natum procuratores ad ſponſalia ſancienda cum filia Ducis Urbini conſtituit: „ Hinc eſt, quod numquam ſatis lau- „dari queant Illmus & Excmus Armorum „Imperator Dominus D. Guidubaldus Ur- „bini Dux &c. ac Ill. PRINCEPS Dominus „D. Alfonſus Eſtenſis, Illmi & numquam „delendæ mem. Dom. D. Alfonſi Eſtenſis „olim Ducis Ferrariæ &c. FILIUS, qui con- „venerunt, ut pro mutua inter has ILLU- „STRISSIMAS DOMOS benevolentia Ill. & „venuſtiſſima adoleſcentula Dom. D. Julia „ipſius Illmi Ducis Guidubaldi Soror, per „legi-

„legitimi jus Monaſterii jungatur ipſi Ill. „D. D. Alfonſo: Quod QUAM ſit CONVE- „NIENS MATRIMONIUM, facile perpenderint, „qui Utriuſque Generis Nobilitatem & RE- „GIUM SANGUINEM, amplaque fortunæ bo- „na, & in Utroque illuceſcentes dotes co- „gnoſcunt. Cumque hujuſmodi Matrimo- „nium ipſe Ill. D. Alphonſus ſummo ani- „mi ardore affectet, ut res celerius tran- „ſigatur, ipſe Ill. D. Alfonſus conſtitutus „in præſentia Illmi & Excmi Principis, & „D. D. Herculis II Eſtenſis, Ferrariæ, Mu- „tinæ, & Regii Ducis IV. &c.

Proferam etiam nonnulla ex tabulis in Foro Sempronii quint. Kal. Octobris anni MDXLVIII. confectis, quibus Leonora Urbini Dux optimam dotem a patre ſponſæ dictam adauget: „Cum ſit & fuerit, quod „Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Franciſcus

„ Maria Urbini Dux &c. fel. record. in ſuo „ ultimo teſtamento reliquerit Illuſtriſs. D. „ Juliæ ejus Filiæ LEGITIMÆ & NATURA- „ LI pro ejus dotibus ſcutos viginti millia „ ad rationem groſſorum viginti pro ſin- „ gulo ſcuto, dandos & ſolvendos per Il- „ luſtriſs. & Excellentiſs. D. Guidum Ubal- „ dum Ducem noſtrum, ejus Filium pri- „ mogenitum, tempore quo nuptui tradita „ fuerit. Et cum ſit quod dum tractaretur „ diebus retroactis, dictam Illuſtriſs. D Ju- „ liam Matrimonio copulari Illuſtriſs. D. Al- „ phonſo LEGITIMO & NATURALI Filio Il- „ luſtriſs. D. Alfonſi Ferrariæ Ducis &c. „ fel. memoriæ: Illuſtriſſima & Excellen- „ tiſs. Leonora Uxor olim dicti Illuſtriſs. „ & Excellentiſs. Ducis &c. Pretioſiſſima hæc in Urbini tabulario monumenta ſer- vari, Piſauri Conſules Tribunoſque teſta-

tos

tos fuiſſe ex Muratorio diſcimus, qui utrumque in ſecundo Antiquitatum Ateſtinarum libro integre expoſuit.

Atque hic non alienum videtur orationis anno MDLXXII. ab Joanne Baptiſta Guarino ad Gregorium XIII. in publico Cardinalium concilio habitæ partem producere, in ea enim de Alphonſo, qui a Fori Alieni Duce ad honorem maximum Gregorio præſtandum Legati munus explebat, hæc ait:
„Verum hoc erga Te teſtimonium ad bea-
„tiſſimos tuos pedes præmiſit Illuſtriſſimum
„Marchionem D. Alfonſum ESTENSEM PA-
„TRUUM SUUM fide ſibi non minus atque
„benevolentia quam SANGUINE conjunctiſ-
„ſimum, & ſumma in primis virtute au-
„ctoritateque PRINCIPEM.

Neque ab his diſſentiunt quæ de infortunato Cæſare ab Alphonſo II. Duce anno

MDCXXXVI.

MDCXXXVI. Romam miſſo Joannes Franciſcus Tertianus Cremona epiſtolarum in ſplendidiſſima legatione magiſter coram Sixto v. Pontifice Maximo pronuntiavit: „ Obedien-
„ tiam (*legationis*, *hiſce verbis*, *Cremona cauſam*
„ *explicat*) præſtante Illuſtriſſimo & Excel-
„ lentiſſimo Cæſare Eſtenſe ejuſdem Ducis
„ PATRUELE &c. *Inferius autem inquit:* Quam
„ egregiam ſuam voluntatem palam ut con-
„ teſtaretur (*Alphonſus Dux*) & ad eam ra-
„ tionem, quæ dignitati ſuæ & Apoſtolicæ
„ hujus Sedis amplitudini reſponderet, lega-
„ vit ad Te non quemvis, ſed Illuſtriſſimum
„ hunc & Excellentiſſimum Cæſarem ESTEN-
„ SEM, ſi ipſum ſpectes, ætate ac virtute juve-
„ nem florentiſſimum, ſi Alphonſum Ducem
„ ſpectes, PATRUUM ſuum SANGUINE ſibi, fi-
„ de obſervantia conjunctiſſimum. Acerrime ſemper Romani Pontifices Eccleſiaſticum,

ſic

ſic illud appellant, jus ſuſtinuere, ideoque futilibus etiam verbis, ex quibus, vel in his quæ poſſidebant, vel in his, quibus inhiabant, detrimentum aliquod ſe accepturos eſſe timebant, ſolemni ſemper ſuperſtitioſoque modo refragati fuere. Cum igitur Guarini, & Cremona orationes legitimis tantum clariſsimiſque Ateſtinis Principibus accomodatæ, Gregorii, & Sixti Pontificum, atque Cardinalium fuerint comprobatæ ſilentio, perſpicuum eſt, illis temporibus neminem uſque eo fuiſſe perfidioſum & impudentem, ut Alphonſi I. cum Laura matrimonium in dubium revocaret.

Perpauca modo proferam ex Diario accuratiſsimo Marci Antonii Guarini de Alphonſi exequiis, quas Cæſar, Legati exterorum Principum, Fori Alieni, & Comacli Pontifices, præclara Collegia, Adminiſtri, patricii, præ-

toriæ

toriæ cohortes, religioſæque Sodalitates mœrentes ſunt proſequutæ: „ Don Alfonſo, „*Guarinus inquit*, Eſtenſe &c. morì, e venne ſepellito nella Chieſa de' Monaci di S. „Benedetto, dove fu accompagnato da tutto il Clero Secolare e Regolare, e da tutta la Corte, e Guardia Ducale, con Don „Ceſare ſuo Figliuolo ingramagliato, accompagnato dall' Ambaſciatore del Gran „Duca, dal Veſcovo di Ferrara, da quel „di Comacchio, e da i Collegi de' Dottori, eſſendo prima ſtata recitata, avanti „che ſi levaſſe il Cadavero, una elegantiſſima Orazione da Ceſare Cremonini Filoſofo celebratiſſimo.

Et quoniam Alphonſi exequias attigi, orationem ab equite Salviato recitatam non præteribo, in ea enim iracundiæ divinæ & glorioſiſſimorum Principum morte argu-

men

menta expromens Gregorio XIII. Pont. Max. Cardinali Aloyſio Ateſtino, Franciſco Magno Hetruriæ Duci, nec non Mariæ Scotiæ Reginæ, & Gulielmo Mantuæ Duci Alphonſum adnumerat. Longius etiam deinde progreditur, ait enim, tantum ſplendoris ex cognatione cæterorum Principum Alphonſum recepiſſe, quantum illi ex Alphonſo receperant. Poſtremo autem laudes ejus his verbis complectitur: „ Non tanto Ramo „ di Caſa d' Eſte &c. non pur Figliuolo di „ quello invitto e celebratiſſimo Duca Alfonſo il Primiero &c. non ſolamente Fratello di quel grand' Ercole pur voſtro Duca &c. non ſolo Zio del preſente Sereniſs. „ Duca Alfonſo &c. non dico Parente congiuntiſſimo di tanti famoſi Principi &c. „ ma Degno Ramo, Degno Figliuolo, Degno Fratello, Degno Zio, Degno Paren-

„ te in ogni ſua Parte. Quis autem affirmare auderet, illuſtrem ſcriptorem illuſiſſe auditorum dignitati, & de notho hæc impudenter periculoſeque vulgaſſe?

Nec abs re erit ea modo referre, quæ de funeribus Alphonſi uxoris ad annum MDLXIII. Iſnardus enarrat: „ A dì, *inquit*,
„ 5. Aprile morì l' Illuſtriſs. Sig. Julia mo-
„ glie dell' Illuſtriſs. Sig. D. Alfonſo Eſten-
„ ſe, e a dì 6. fu ſepolta in S. Agoſtino con
„ gran pompa, & accompagnata alla ſepol-
„ tura dall' Illuſtriſs. Sig. Conſorte, & dall'
„ Illuſtriſs. Sig. Duca, & da tutti gli altri
„ Signori Illuſtriſſimi.

Grave etiam inſignes filii nuptiæ glorioſæ patris conditionis nobis præbent argumentum: quamobrem nonnulla ex tabulis, quibus ſext. Id. Decembris anni MDLXXXIII. centum circiter aureorum millia Cæſari, nomi-

mi-

mine dotis dicuntur, hic exarabo: „ Quod „ſit felix & fauſtum &c. Sereniſs. D. D. „Franciſcus Medices, Magnus Hetruriæ „Dux Secundus, & Illuſtriſs. & Reveren- „diſs. D. D. Ferdinandus Medices Cardina- „lis S. R. E. ejus frater ex una, præſentes, „uti fratres majores Illuſtriſs. & Excellen- „tiſs. D. D. Virgineæ eorum ſororis, eam „deſtinaverunt in Sponſam & futuram Uxo- „rem Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Cæſari „Eſtenſi, licet abſenti, & pro eo Illuſtriſs. „& Excellentiſs. D. D. Alphonſo Eſtenſi „Marchioni Monticuli ejus Patri &c. Nemini equidem probari poſſet, Mediceos gloriæ cupidiſſimos, adeoque Ateſtinorum æmulos, ut Coſimus Alphonſo II. primas non debere, acerrima inſtructa lite, contenderet, venuſtiſſimam ſororem, dotemque ea ætate pergrandem Cæſari tradidiſſe, ſi nullum ex

hac cognatione decus ſibi comparare, ſororiſque liberis aliquo modo viam (Herculis II. progenie extincta) ad avitum imperium a Romanis Pontificibus obſepi poſſe dubitaſſent.

Sed jam depromendum eſt Ferdinandi II. Auſtriaci Cæſaris decretum, quod proſcriptum fuit quarto Id. Nov. anni MDCXXIX. „Inſuper conſiderantes, *Ferdinandus inquit*, „quam juri, & æquitati conſentaneum ſit, „Sacroque Romano Imperio expediat, ut „Nobiliſſimæ, & antiquiſſimæ Familiæ de „Nobis, Sacroque Imperio optime meritæ „in ſuo priſco, & vero decore a maledico„rum morſibus illibatæ remaneant: Plene„que edocti, & ex variis litterarum monu„mentis, certiſque rerum documentis cer„tiores effecti: Qualiter dilectus olim, & „Sacri Romani Imperii fidelis Illu. Donus

„Al-

„ Alphonſus &c. per matrimonium inter pre-
„ ſatos Ducem Alphonſum I. & Donnam
„ Lauram illius Genitores celebratum vere le-
„ gitimus evaſit, & hoc etiam reſpectu filius
„ ejus legitimus, & naturalis Cæſar Eſtenſis
„ poſt mortem quondam Ferrariæ, Muti-
„ næ, & Regii Ducis Alphonſi II. per Aug.
„ Memoriæ Imperatorem Rudolphum II.
„ Dominum patruelem, patrem, & prede-
„ ceſſorem noſtrum colendiſſimum ad Suc-
„ ceſſionem Feudorum Imperialium admiſ-
„ ſus fuerit: falſamque fuiſſe, & eſſe, & ab
„ omni veritate alienam famam hactenus
„ de prefati Doni Alphonſi illegitimitate,
„ & ejus Deſcendentium legitimorum inca-
„ pacitate a pleriſque ſive errore, ſive ma-
„ levola inſtigatione, deceptis diſſeminatam.
„ Eapropter volentes nos prædictum Illu-
„ ſtriſs. Ducem Franciſcum una cum ejus

„ po-

„ poſteritate, & Familia Nobiliſſima Eſten-
„ ſi, quæ nunquam interitura laude erga
„ nos, ſacroſque Romanorum Imperatores
„ Prædeceſſores Noſtros, cunctis neglectis
„ tum rerum, tum perſonarum periculis, vi-
„ va devotionis & fidelitatis argumenta ſem-
„ per præſtitit, ſuo primævo, vero, ac in-
„ temerato candori, ut par eſt, reſtitui, &
„ reintegrari. Tenore præſentium ex certa
„ noſtra ſcientia, animoque bene delibera-
„ to, & ſano, & maturo accedente Conſi-
„ lio, Nullo juris, vel facti errore interve-
„ niente, Motu proprio, deque Noſtræ Im-
„ perialis poteſtatis plenitudine, ac omni
„ meliori modo, Prædicta fuiſſe, & eſſe ve-
„ ra cognoſcimus & ad perpetuam rei me-
„ moriam decernimus ac declaramus, ab
„ omnibuſque, & ſingulis impoſterum ita
„ haberi, dici, obſervari, & a nemine ullo

„ un-

Digitized by Google

„ unquam tempore quovis prætextu, cauſa, „ vel colore, contradici, aut contraveniri „ poſſe mandamus, & ſub noſtræ indignationis pœna diſtricte prohibemus. Salviſque ſemper, & in ſuo robore manentibus „ omnibus juribus præfato Illuſtriſs. Duci „ Franciſco, ac ejus Filiis, & Succeſſoribus „ maſculis legitimis & naturalibus, ac aliis „ quibuſcumque vigore Inveſtiturarum, facultatum, & Privilegiorum dicto olim Illuſtriſs. Duci Cæſari, ac ejus Diſcendentibus conceſſorum reſpective competentibus, & competituris, quibus Inveſtituris, „ facultatibus, & privilegiis ac omnibus, & „ ſingulis in eis contentis nullum prorſus intendimus per præſentem noſtram Declarationem, & Decretum fieri præjudicium, „ nullamque inde novationem, juraque juribus addentes & non aliter omnes & ſin-

„ gu-

„ gulos ex præfato quondam Donno Alfon-
„ ſo legitime Deſcendentes maſculos, in
„ quorum numero præfatus Illuſtriſs. Dux
„ Franciſcus exiſtit, ad omnia, & quæcum-
„ que Feuda Imperialia in Inveſtituris non
„ modo antedicto Duci Cæſari, verum e-
„ tiam illius Avo, Patruo, & Patrueli Du-
„ cibus Alphonſo I. Herculi & Alphonſo II.
„ ſucceſſive conceſſis, nominata, & ſpeci-
„ ficata, vere fuiſſe, & eſſe vocatos, au-
„ ctoritate, & modis, quibus ſupra, De-
„ cernimus, & Declaramus. Haſceque no-
„ ſtras litteras, Recognitionem, Declara-
„ tionem, & omnia alia ſupraſcripta om-
„ nino validas, & valida perpetuo perpe-
„ tuiſque temporibus fore & eſſe, Nullo-
„ que Subreptionis vel Obreptionis, ſeu
„ Nullitatis ex quocumque alio capite, etiam
„ Defectus Civitationis vitio, infringi, vel
„ im-

„ impugnari poſſe tam in Judicio, quam ex-
„ tra, agendo, aut excipiendo, volumus,
„ & mandamus: irritum prorſus, & inane
„ declarantes quidquid contra prædicta, vel
„ aliquid prædictorum a quovis quomodo-
„ libet contigerit attentari. Non obſtanti-
„ bus quibuſcumque communibus vel feu-
„ dalibus legibus, juribus, conſuetudinibus,
„ Statutis municipalibus, derogatoriis clau-
„ ſulis, tam generalibus, quam ſpecialibus,
„ aliiſque conceſſionibus, & Privilegiis, ce-
„ teriſque contrariis quibuſcumque. Iis nam-
„ que omnibus, & ſingulis, quatenus obſta-
„ rent, ſeu impedirent effectum præſentium,
„ de Imperialis poteſtatis plenitudine dero-
„ gamus, & derogatum eſſe volumus, at-
„ que intendimus.

Nolo autem ex antiquiſſimis inſtitutis, atque ex civilibus, ſacriſque legibus Cæſarei

decreti vim conſiderare, ne ſupremum Cæſarum in eccleſiaſticis regionibus imperium commemorem. Nullam igitur ſacramenti, quo illis Romani fidem ſuam obſtringebant: nullam legum, quæ Pontifices Maximos a populo deſignatos, ſine eorum conſenſu, & approbatione ſacrari vetabant: nullam Judicum, qui Miſſi appellabantur, eo quod a Cæſaribus Romam ad æquas ſententias confirmandas, atque iniquas reſcindendas conſtanter mittebantur, mentionem faciam. Neque memoria repetam nomina Cæſarum in publicis tabulis atque nummis, qui adulterini non eſſent, a Romanis excuſa, & exarata: quamplura denique ad Principum dignitatem, atque ad populorum ſalutem, ſæculis pietati, & juſtitiæ amicis conſtituta ſilentio prætéribo. Unum hoc dicam, ex ſententia etiam eorum, qui flagitioſis blandi-

ditiis infirmorum Pontificum gratiam aucupantur, Cæſares in temporalibus, ſic enim ajunt, ſuperiorem habere neminem, idoneos eſſe Romani Imperii Principum judices, eorumque decreta maximi ponderis eſſe, atque auctoritatis.

Animadvertendum eſt autem, ad Cæſareum Tribunal Ateſtinos confugiſſe, non quo magis matrimonium Alphonſi cum Laura ſapientibus perſuaderetur, ſed ut imperitiores perniciose edocti, Pontificum auctoritatem nullis terminis contineri, Clementem iniquitatis poſſent abſque ulla religione damnare.

Neque jam metuo, ne aliquis mihi ſuccenſeat, quod nullam Ateſtinis quæſivi utilitatem ex legibus (a), quibus dubium etiam

(a) Duo tantum ex plurimis exſcribam Sacræ Romanæ Rotæ prolatis: R.R.Dec. 201.n.44. & Deciſ. 264.n.13.
Lex quantum poteſt favet filiis ut in dubio ſint legitimi.

matrimonium pro certo eſſe habendum prudentiſſime ſtatutum eſt. Indecorum profecto putaſſem implorare legum benignitatem, qua Ateſtini non egent: argumenta enim monumentaque hactenus expoſita Alphonſi matrimonium adeo probant, ut ægro valde non feram animo tabularum, publicorumque teſtimoniorum jacturam, quæ Romam ex Foro Alieni deportata Clementis juſſu fuere: ſomniantium vero fabulis reſpondere ridiculum cenſeam.

Obtrectationi porro nullum locum relinquere arbitror, quod ſomniis comparavi dicta, ſcriptaque ab his qui Romanis Pontifi-

---

Deciſ. 201. p. 5. Recent. n. 43. *In dubio unumquemque magis eſſe legitimum quam illegitimum judicare debemus. Et præjudicium tertii ad hoc non attenditur, cum id operetur lex, non homo.*

Prætereo eximias auctoritates Cardinalium Paleotti, & Putei: Menochii, Baldi, & Peregrini, quæ juſtitiam harum legum, communemque laudant Doctorum ſententiam.

tificibus adjutores erant ad injuriam, eiſque ſacrilega, & religioni infeſta aſſentatione favebant. Antiquiſſimæ enim firmatæque famæ, innumeris monumentis, publiciſque tabulis, ac clariſſimis incorruptorum temporum ſcriptoribus, evidenter matrimonium Lauræ probantibus, ne unum quidem opponere valuere, quo contrarium enuntiari videretur. Ateſtinæ, Illuſtriſſimæ, Excellentiſſimæ titulis, tutela liberorum, mœſtiſſimæque viduitatis inſignibus a Laura ſuſceptis, graviſſimis cæremoniis in ſcribendo, & in cæteris, quæ ad Principis dignitatem reſpiciunt, ab illa ſervatis, regiis ejus funeribus, Principum, Civitatum, & Pontificum teſtimoniis ampliſſimis, atque argumentis, quæ ejus filii ſuppeditant, tamquam inexpugnabilibus vallis, Ateſtinorum cauſam cinctam eſſe ſentientes, non juſti more belli, ſed po-

pu-

pulabundi excurrebant. Nunquam profecto ſe oſtentarunt in reſpondendo jure, ſed in orationibus tantum, quæ totæ ſunt ex conviciis, vaniſque mendaciis compoſitæ. Edicebant Ateſtini, omneſque hi, qui improbi, vel inepti non eſſent, quædam noſtris animis abſurdiſſima eſſe concedenda, ut de Lauræ matrimonio dubitare fas eſſet: publicam nimirum LXX. fere annorum ſpatio defeciſſe fidem, atque Romanos Pontifices, qui id temporis regnum tenuere, in aurem ſemper utramvis conquieviſſe. Etſi enim plurimi ex illis ſupremum Fori Alieni imperium injuſte ſibi arrogabant, nullus tamen, non dicam juridiciali aliqua conſtitutione, ſed ne uno quidem verbo continuis & celeberrimis matrimonii Lauræ teſtimoniis refragari cogitavit. Affirmandum inſuper Ateſtini dicebant, inaudito quodam prodigio fa-

ctum

Digitized by Google

ctum fuiſſe, ut nemo in tota Europa illis temporibus ſtomacharetur, atque in poſterorum odium vocaret nomina teſtium, quos ſuperius recenſui, ſi turpitudini & improbitati, non rationi & juſtitiæ inſervientes Lauram Alphonſi declaraſſent uxorem. Sed obſurdeſcebant adverſarii ad ſanctum veritatis nomen, & Pontificiam auctoritatem ſemper habentes in ore, divina cum humanis ita miſcebant, ut efficere contenderent pene unum ex duobus. Quamobrem eorum libros perlegens ſic afficiebar interdum, ut Pontificiæ dignitatis hoſtes, non amicos, Chriſtianoſque Philoſophos audire exiſtimarem.

Et ne hæc ad libidinem finxiſſe incuſer a quibuſdam hominibus, qui impune ſæpe malefaciunt, nam ad optima inſtituti communiter a multitudine benefacere creduntur,

tur, perpauca ex Concionatorum, Adminiſtrorumque Clementis furioſis cogitatis in oculos omnium conjiciam, ut facilius percipi poſſit quæ expoſita fuerint ab his, qui ad reſpondendum Ateſtinis perturbate ſurgebant. Primus autem omnium occurrit mihi celeber ſeditionum ſignifer, honoribus religioſæ Sodalitatis ornatus, qui vitioſa Cæſaris manſuetudine adeo ſibi abutendum permiſit, ut ex ſacris Fori Alieni roſtris illum cum Jona conferens, mulitudinem concitaret ad ejus ejectionem. Neque intolerabilia deſunt in concione, qua Romanus Prælatus Clementi ex ſuggeſto Conſtantini Sacelli Cæſaris excidium gratulatur: ſed ſatis de ea dixiſſe credam, ſi recordabor, auditores, qui frequentes convenerant ab amente oratore infra ſcriptis divinarum litterarum verbis io dicere fuiſſe rogatos. „ Sur-

„ ge

Digitized by Google

„ ge ſurge, Debora, ſurge, ſurge, eloquere
„ canticum, ſurge Barac. De coelo dimica-
„ tum eſt contra eos, ſtellæ manentes in or-
„ dine e curſu ſuo adverſus Siſaram (a) pugna-
„ runt, ſic pereant omnes inimici tui Do-
„ mine. Iiſdem præceptis conformatus Anconæ Pontifex, qui Clementis apud Venetos Legatus erat, Collegium Patrum eſt alloquutus. Omnibus, dixit, modis Clementem religionis gloriæ conſulere. Hac de cauſa ad bellum in Thraces ſuſceptum ingentem pecuniam dediſſe, nullumque ſibi tempus ad quietem relicturum, uſque dum Galliæ, & Hiſpaniæ Regum animos in priſtinam concordiam reduxiſſet. Invitum nuper *temporalia & ſpiritualia* moviſſe arma in (a) *Filium perditionis*, qui *patrimonium Sanctæ Eccleſiæ* contumaciter retineret. *Poſſe* quidem

(a) Odioſiſſimis hiſce nominibus Cæſar denotatur.

Digitized by Google

a Romano Pontifice Principes omnes, pioſque viros ad *ſanctum hoc facinus* explendum convocari, ſed tantas illi *infinita prudentia a Deo*, cujus *digne* Vicarius eſt, vires opeſque datas fuiſſe, ut facile ſolus (a) *Draconem* conculcare queat. Petit autem P. C. (in peroratione Legatus inquit) ne aliqua ratione *pium hoc bellum* retardetis, ſed ita veſtram in eum probetis fidem, ut nulla in vos cadat ſuſpicio mutabilitatis. Quam valde admurmurarint Patres, & abſurdis hiſce contradixerint, vel ex hoc intelligi poteſt, quod jam pridem vetaverant, Pontificias in Cæſarem diras Venetis finibus excipi, ſummaque audierant delectatione a Rectore Marthesio in Neapolitana ditione Juris Regii defenſore, earum exemplum membratim fuiſſe diſcerptum, acerbeque objurgatum Antiſtitem, qui illud, ad approbationem pro-

promulgationis obtinendam, exhibuerat.

Supervacaneum modo eſſet arguere Romanos de inſolentia, qua affirmabant „ peccare in Spiritum Sanctum „ Clementis etiam amicos, cum ejus adverſus Cæſarem deliberationes cohibere curabant: aliaſque proferre ineptias, quæ tollunt judicium veri, & dum omnia ad Pontificum auctoritatem revocant, eorum dignitatem adulterant. Ex hoc autem fonte potiſſimum maledicta, & contumeliæ in Pontificatum fluxere. Quare hunc, Chriſti præceptis (a) ſanctiſſimiſ-

(a) *Sicut me miſit vivens Pater, & ego mitto vos.*

Regnum meum non eſt de hoc mundo.

Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati.

Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.

Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur, vos autem non ſic.

Sunt hæc Chriſti verba.

Digitized by Google

que doctrinis inhærentes diſtinguamus a principatu, & contemnamus eos, qui moleſtiſ-

---

Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.

Quis me conſtituit judicem, aut diviſorem (de humana Chriſtus cauſa loquitur) *ſuper vos? Bene*, Ambroſius ad hæc explicanda ait, *terrena declinat, qui propter cœleſtia tantum deſcenderat, nec dignatur judex eſſe litium, & arbiter facultatum.* Bonaventura autem eumdem locum tractans, inquit: *Quia Deus miſerat eum ad ſpiritualia communicanda, ideo deſcendere recuſabat ad temporalia dividenda.*

Paſcite (inquit Petrus primus Chriſti Vicarius) *qui in vobis eſt gregem Dei, non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie, neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo.* De hoc Petri mandato Bernardus in Epiſtola ad Eugenium ita differit: *Nec enim, tibi ille Petrus dare quod non habuit potuit, quod habuit hoc dedit, ſollicitudinem ſcilicet ſuper Eccleſias: numquid dominationem? audi ipſum, non dominantes ait in Clero, ſed forma facti gregis ex animo, & ne dictum ſola humilitate putes non etiam veritate, vox Domini eſt in Evangelio, Reges gentium dominatur eorum, vos autem non ſic, planum eſt, Apoſtolis interdicitur dominatus. I ergo tu & tibi uſurpare aude aut dominans Apoſtolatum aut Apoſtolicus dominatum, plane ab alterutro prohiberis, aut ſi utrumque ſimiliter habere velis, perdes utrumque, alioquin non te exceptum illorum numero pu-*

Digitized by Google

ſtiſſimo obſequio Pontificem efficere talem vellent, qualis eſſe non poteſt. Scio equi-

---

tes de quibus queritur Deus, ipſi regnaverunt, ſed non ex me, Principes extiterunt & non cognovi eos.

Alibi Petrus ait: *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi quaſi præcellenti, ſive Ducibus tamquam ab eo miſſis, quia ſic eſt voluntas Dei.*

Paulus vero: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi a Deo, quæ autem ſunt, a Deo ordinatæ ſunt. Itaque qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt ipſi, ſibi damnationem acquirunt .... Dei enim miniſter eſt tibi in bonum, non enim ſine causâ gladium portat, miniſter enim eſt Dei in iram ei qui malum agit; ideoque ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.* Bernardus hæc ad Pontificem Senonenſem in memoriam redegit his verbis: *Intelligitis quæ dico, cui honorem, honorem, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ſi omnis, & veſtra, quis vos excepit ab univerſitate, ſi quis tentat excipere, conatur decipere.* Eadem a Chryſoſtomo, Gregorio Magno, Theodoreto, & Theophilacto confirmantur.

Etiamſi Apoſtolus ſis, ſive Evangeliſta, ſive Propheta, ſive quiſquis tandem fueris, neque enim pietatem ſubvertit iſta ſubjectio. Chryſoſt.

Ego quidem juſſioni ſubjectus &c. Utroque ergo quod debui exolvi, qui & Imperatori obedientiam præbui, & pro Deo quod ſenſi minime tacui. Greg. Mag.

equidem ſapientes viros in ea eſſe ſententia, ut terreſtris regni comparationem Pontifi-

---

Sive ſit Sacerdos, ſive Antiſtes, ſive Monachus, iis cedat quibus ſunt mandati Magiſtratus. Theodoret.

Sive Sacerdos ſit, ſive Monachus, ſive Apoſtolus ut ſe Principibus ſubdant. Theophilact.

Video equidem inordinatam me doctrinarum coacervationem facere, ſed de earum hic majeſtate, & vi, non de ordine cogito.

Chriſtus fugit ne Rex fieret.

Dolere potero, potero flere, potero gemere adverſus arma, adverſus milites, Gothos quoque, lacrymæ meæ arma ſunt, aliter nec debeo, nec poſſum reſiſtere. Ambroſius.

Neque tunc ſub Imperatoribus Ethnicis, civitas Chriſti quamvis peregrinaretur in terris, & haberet tam magnorum agmina populorum, adverſus impios perſecutores pro ſalute temporali pugnavit, ſed potius ut obtineret æternam non repugnavit. Ligabantur, cædebantur, includebantur, torquebantur, urebantur, laniabantur, trucidabantur, & multiplicabantur. Non erat eis pro ſalute pugnare, niſi ſalutem pro ſalute contemnere. Auguſtinus.

Tibi Deus imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ credidit; & quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit contradicit ordinationi Divinæ, ita & tu cave ne quæ ſunt Eccleſiæ ad te trahens magno

Digitized by Google

tificiæ ſanctimoniæ perniciosam, contrariamque fuiſſe credant. Dicunt enim, Chriſtum

crimini obnoxius fias. Date ſcriptum eſt quæ ſunt Cæſaris Ceſari, & quæ ſunt Dei Deo: neque igitur fas eſt nobis in terris imperium tenere, neque tu thimiamatum & ſacrorum poteſtatem habes Imperator. Oſius apud Athanaſium.

Sacerdotes tantum eſt arguere, & audacter ac libere admonere, non movere arma, non clypeos uſurpare, non vibrare lanceam, nec arcum tendere, nec jacula mittere, ſed tantum arguere, ac conſtantiam oſtendere. Chryſoſt.

Habent hæc infima & terrena judices ſuos Reges, & Principes terræ, quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis? Bernardus.

Hi omnes qui modo ſequuntur, Vicarii Chriſti fuerunt.

Chriſtus memor fragilitatis humanæ, quod ſuorum ſaluti congrueret diſpenſatione magnificá temperans, ſic actionibus propriis dignitatibuſque diſtinctis officia poteſtatis utriuſque diſcrevit, ſuos volens medicinali humilitate ſalvari, non humana ſuperbia rurſus intercipi, ut & Chriſtiani Imperatores pro æterná vitá Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium curſu rerum Imperialibus diſpoſitionibus uterentur, quatenus ſpiritalis actio a carnalibus diſtaret curſibus, & ideo militans Deo minimè ſe negotiis ſæcularibus implicaret, ac viciſſim non ille rebus divinis præeſſe videretur, qui eſſet negotiis ſæcularibus implicatus, ut & modeſtia utriuſque ordinis cura-

ſtum in hoc terrarum orbe ſuos conſtituiſſe Vicarios, ut pietatis adjutores ſint, religioniſque duces, non regionum domini;

---

retur; ne extolleretur utraque ſuffultus & competens qualitatibus actionum ſpecialiter profeſſio aptaretur. Gelaſius.

Conferamus honorem Imperatoris cum honore Pontificis, inter quos tantum diſtat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, hic divinarum, tu Imperator a Pontifice baptiſmum accipis, ſacramenta ſumis, orationem poſcis, benedictionem ſperas, pœnitentiam rogas, poſtremo tu humana adminiſtras, ille divina diſpenſat, itaque, ut non dicam ſuperior, æqualis honor eſt. Symmachus.

Alia eſt Eccleſiaſticarum rerum conſtitutio, & alius ſenſus ſæcularium; nam quemadmodum Pontifex introſpiciendi in Palatium poteſtatem non habet, ac dignitates regias deferendi, ſic neque Imperator in Eccleſias introſpiciendi, & electiones ſacras in Clero peragendi. Gregorius II.

Neque ignorare debueratis majus eſſe regimen animarum, quod eſt pontificale, quam imperiale, quod eſt temporale. Gregorius IV.

In temporali autem generaliter & generalis Eccleſiæ ſolus Imperator, qui univerſis & Clericis & Laicis in temporalibus præeſſe debet, privilegium concedere poteſt. Innocentius IV.

Sanctam Dei Eccleſiam gladium non habere niſi ſpiritualem, qui non occidit, ſed vivificat, Nicolaus I. ait.

ni; ideoque laqueis vetiti imperii irretitos divinæ inſtitutioni non reſpondere. Hæc illi. Ego tamen in his exquirendis nolo videri curioſus. Quamvis enim inter Pontificatus, & Principatus ſtudia negotiaque ne minima quidem poſſit eſſe communio, & tanta ſit diſtantia inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, Benedictus XIV. quem iterum honoris cauſa nomino, utrumque ea ratione moderatur, ut laudetur ab omnibus.

Cum immenſo igitur diſcrimine divina a mundana auctoritate in Pontifice ſeparata ſit, nemo unus inficiabitur, a vitiis, quæ ex mundana erumpunt, nullam infamiam redundare ad divinam, neque ab iſta patrocinium, aut vim aliquam poſſe communicari negotiis, quibus illa laborat.

Hæc eadem claris, & inſignibus geſtorum Julii II. Leonis X. Clementis VII. &

VIII. Scriptoribus explorata fuere: quare optima quæque Pontificatus, maleficia vero mundani Principatus perſonæ aſſignarunt. Satis habebo ex his clariſſimum unum hic recordari. Is eſt Cardinalis Bembus, qui, etſi uno tantum gradu a ſuprema dignitate diſtaret, veritati ſerviens, de Julio II. in poſtremo Venetorum Commentariorum libro hæc ſcripſit: „ ut Ferrariam in pote- „ ſtatem ſuam redigeret, nihil Culpæ, ni- „ hil Sceleris, nihil Flagitii prætermittebat. Arduum tamen opus fruſtra ſemper conatus fuit Julius, rem enim non habebat cum Cæſare, ſed cum Alphonſo I. qui ſolertiæ & fortitudinis laudem ferens reclamabat aliquando feliciter, quia ſemper erat ad repugnandum paratus.

Jam vero docebo, non tantum legitimos, ſed & naturales, ut ajunt, Ateſtinorum ſuc-

ſucceſſores claro teſtatoque jure Ducatus eſſe Ferrarienſis hæredes: ſi enim flagitioſum fuiſſet ex patria hæreditate nothum deturbare, flagitioſius profecto indigniuſque fuiſſe intelligemus, legitimæ originis Principem tanta injuria afficere, ejuſque exiſtimationem oppugnare. Nec renovabo illud, quod ſuperius planum feci, violentia nempe, iniquiſque legibus, ideoque nullis a Clemente v. Joanne xxii. aliiſque Pontificibus ſupremo Ateſtinorum in Provincia Ferrarienſi imperio fuiſse vulnus inflictum: ſed ut in quovis argumentorum genere eos triumphare demonſtrem, Alexandri diploma, (a) ratum etiam a Cardina-

(a) Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

E X *ſupernæ providentia Majeſtatis, in Apoſtolicæ Dignitatis ſpecula (meritis licet imparibus) conſtituti, ad ea libenter aciem noſtræ conſiderationis extendimus, per*

dinalium Senatu factum jocoſe multiplicibus tortuoſiſque ingeniis oſtendam: uti quod

quæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Civitates, præſertim præclaræ, & inſignes, ac perſonæ, illas, Caſtraque, Terras, & loca alia ab eadem Romana Eccleſia in Vicariatum obtinentes, de illa benemeritæ, illorumque in eis Succeſſores tamquam noſtri, & ejuſdem Romanæ Eccleſiæ peculiares filii, & devoti, ac de quibus firma ſpes non immerito haberi poteſt, quod more progenitorum ſuorum Civitates, Terras, Caſtra, ac loca prædicta proſpere, & feliciter, ac in pacis dulcedine gubernare, conſervare, ampliare, adaugere, protegere, & defendere curabunt, Condignis, & amplioribus gratiis, Commoditatibus, Honoribus, ac Dignitatum Titulis attollantur, & ab oneribus eis impoſitis, quantum fieri poteſt releventur, quo in dies melius, commodius & ferventius bono, & felici regimini, ac conſervationi, ampliationi, augmento, protectioni, & defenſioni Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & Locorum prædictorum intendere poſſint. Dudum ſiquidem felicis recordationis Sixtus P. P. IV. predeceſſor noſter q. Borſio Eſtenſi, dum in humanis ageret, in noſtris Civitate Ferrariæ, ac Maſſe Lombardorum, Conſilicis, Roncadellæ, Zeppæ, Scantamantelli, Bagnacavalli, Sanctæ Agathæ, Barbiani, Cunii, & Zangonariæ, Caſtris, Terris atque Locis pro Romana Eccleſia in Temporalibus Vicario generali, ac Ducali Dignitate in dicta Civitate Ferrariæ fungente, vita functo, dilectum filium Nobilem Virum Herculem ejuſdem Ferrariæ Ducem, Fratrem ſuum, quamdiu vitam duceret in humanis, & poſt ejus obitum Filios, & Nepotes ſuos legitimos, & naturales per rectam lineam deſcendentes in Civitate Ferrariæ, Caſtris, Terris, &

quod Ateſtinorum hæredes omnes non modo a captioſis argutiis, ſed ab earum metu

Locis prædictis, illorumque Comitatibus, Territoriis, & diſtrictibus in eiſdem temporalibus Vicarios generales de Fratrum ſuorum tunc ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalium (de quorum numero tunc eramus) conſilio, & aſſenſu, cum illorum mero, & mixto Imperio, ac omnimoda Juriſdictione temporali, quæ inibi per dictam Eccleſiam, vel alium pro ea exerceri conſueverat, & quo ad Civitatem Ferrariæ, illiuſque Comitatum, Territorium, & diſtrictum hujuſmodi uſque in tertiam generationem, ac alias ſub certis modo, & forma tunc expreſſis per diverſas litteras ſuas auctoritate Apoſtolica fecit, conſtituit, & deputavit, ipſiuſqe Herculis perſonam titulo, & inſignibus Ducalibus voluit præfulgere, ut & ipſius, ac ejuſdem Borſii Ducis dum viveret, par ratio dignitatis gloriæ, & honoris in cunctis haberetur, & Dux Ferrariæ nominaretur. Volens & decernens, quod Hercules Dux, Filii & Nepotes prædicti ratione Ferrariæ quinque millia, retentis per eos pro eorum proviſione mille, ac aliorum Caſtrorum, Terrarum, & Locorum prædictorum centum Florenos auri de Camera boni & juſti ponderis, ac unam libram argenti puri reſpective ſingulis Annis in Vigilia Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum nomine cenſus in Romana Curia ſuis ſumptibus, periculis, & fortuna deferendos Cameræ Apoſtolicæ dare, & perſolvere tenerentur, prout in ſingulis litteris prædictis, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis, plenius continetur. Cum autem (ſicut evidentia rei clare demoſtrat) præfatus Hercules Dux more majorum, & progenitorum ſuorum, qui Civitatem pre-

metu defendit. Sane quam pro eo ac potuit Romanus Pontifex eodem diplomate *Allo-*

---

dictam in hujuſmodi Vicariatum ab eadem Romana Eccleſia a longiſſimo tempore citra obtinentes illam, ac ejus territorium & diſtrictum plurimum repararunt, & meliorarunt, Civitatem ipſam Ferrariæ tempore ſuo mirum in modum non ſine maximis, & graviſſimis impenſis, ſuaque dexteritate, diligentia, & opera accuratiſſima adauxerit, arcibuſque, & foveis ampliſſimis, ac muris, & mœnibus muniverit, ac etiam longe melius ſolito munire cœperit, locaque quamplurima Territorii dictæ Civitatis Ferrariæ ſterilia, & inculta ad maximam habitantium utilitatem, ad culturam, & fertilitatem reduxerit; & in illa, aliiſque Terris, Caſtris, & Locis prædictis plurima ad eorum firmiſſimam tutelam, defenſionem, & conſervationem effecerit, propter quæ aliis Civitatibus, Caſtris, & Terris ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, tamquam illorum antemurale, maximum profecto præſidium facile afferri, Juſque ejuſdem Romanæ Eccleſiæ non immerito adauctum ſatis dici poteſt: & pro totali omnium præmiſſorum perfectione ac Civitatis Ferrariæ, aliorumque Caſtrorum, Terrarum, & Locorum prædictorum conſervatione, tutela, & defenſione in dies non parva ſit opus impenſa, ad quam faciendam præfatus Hercules Dux omni ſtudio intendere non ceſſat: & propterea dignum, & conveniens fore noſcatur, ut Hercules Dux, qui etiam in ipſa Civitate Ferrariæ ex ſua pia devotione multa Monaſteria, & religioſa loca tam virorum, quam mulierum de propriis bonis ſuis opere quidem ſumptuoſo fundari, erigi, & conſtrui, ac jam fundata, erecta, & conſtructa inſtaurari curavit, ac Filii, & Nepotes ſui præfati, & alii præfati Herculis Ducis Deſcen-

Allodii, vel *juriſpatronatus*, non *feudi* (ita enim vocant) terminis ſupremum circumſcribere

Ate-

dentes, proptereaque Hercules Dux, ac majores, & progenitores ſui prædicti pro decore, ornamento, inſtauratione, melioratione, ampliatione, munitione, conſervatione, defenſione, & tutela prædictis tot graviſſimis impenſis, ſtudiis, & laboribus ſuis effecerunt, & ipſe Hercules Dux facere non deſinit, a tanti cenſus onere releventur, quo ad alia majora, & utiliora peragenda in dies magis atque magis alliciantur. Nos præmiſſa omnia, quæ notoria ſunt, attenta meditatione penſantes, ac tam Herculem Ducem Filios, & Nepotes ſuos præfatos, aliosque ab ipſo Hercule Duce deſcendentes pro hujuſmodi benemeritis, quam Civitatem ipſam Ferrariæ adeo inſignem, & præclaram, ac alia Caſtra, Terras, & loca prædicta pro illorum dignitate & decore aliquibus ſpecialis gratiæ favore, honore, & prærogativis, pro ut convenit proſequi, & decorare, ac a tanto cenſus onere relevare, & QUIBUS POSSUMUS LIBERALITATE, ET GRATIA UTI VOLENTES: *Sperantes quoque, quod Hercules Dux, ac Filii, & Nepotes, ac deſcendentes ſui præfati in ſuis fidei ſinceritate, ac devotione erga nos & eamdem Romanam Eccleſiam, more eorumdem progenitorum ſuorum, perſeverabunt, ex præmiſſis, & certis aliis rationabilibus cauſis ad hoc animum noſtrum inducentibus, habita ſuper his cum Venerabilibus Fratribus noſtris ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, conſtitutionem, deputationem, ac ſingulas litteras prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, ſalvis gratiis infraſcriptis, de conſilio, aſſenſu & auctoritate ſimilibus, ac ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,* AD OM-

Digitized by Google

Ateſtinorum jus niſus eſt. Quocirca hi qui iſta tractantes, *feudi* nomen uſurparunt,

NES PREFATI HERCULIS DUCIS DESCENDENTES IN PERPETUUM *tenore preſentium* EXTENDIMUS PARITER, ET AMPLIAMUS. *Et inſuper pro majori bonore, & decore Civitatem, Terras, Caſtra, & loca prædicta Ferrariæ in Ducatum ad inſtar Provinciarum quarumcumque, & aliarum Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & Locorum Ducali Dignitate fulgentium de ſimilibus conſilio, aſſenſu, ſcientia, poteſtatis plenitudine, & auctoritate perpetuo erigimus, ac omni Ducatus jure, facultate, nomine, titulo, inſigniis, bonoribus, & præeminentiis univerſis inſignimus, & decoramus, ac Herculem Ducem, Filios, & Nepotes, & Deſcendentes præfatos Ferrariæ, Caſtrorum, Terrarum, & locorum prædictorum Duces ſucceſſive ordine infraſcripto facimus, conſtituimus, & creamus. Statuentes, & ordinantes, quod Civitas Ferrariæ, Caſtraque, Terræ, & Loca prædicta deinceps perpetuis futuris temporibus Ducatus, & tam Hercules Dux, quam Filii, Nepotes & deſcendentes præfati, Ferrariæ, aliorumque Caſtrorum, Terrarum, & locorum prædictorum Duces ſucceſſive exiſtant, & pro talibus ab omnibus cenſeantur, nominentur, & babeantur, gaudeantque omnibus Ducalibus inſigniis, juribus, bonoribus, & præeminentiis, plena quoque, libera, & omnimoda Ducali dignitate, poteſtate, juriſdictione, auctoritate, & conceſſione etiam cujuſcumque gradus ſupremi, meri, & mixti Imperii, omniumque, & ſingulorum jurium, & Regalium nuncupatorum, ac quibuſcumque aliis gratiis, privilegiis, libertatibus, favoribus, prærogativis, indultis, immunitatibus, & exemptionibus, quibus alii Ducatus, &*

runt, ignorare profecto ſimulabant „ eſſen-
„ tiam (Jureconſultorum verbis utor) & na-
S „ turam

Duces etiam quantumcumque magni, de jure, conſuetudine, privilegio, vel alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum. Quæ omnia, tenores, & effectus eorum, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur, pro ſufficienter & ſpecifice expreſſis, & inſertis habentes Herculi Duci, Filiiſque Nepotibus, & Deſcendentibus præfatis de ſimilibus conſilio, aſſenſu, ſcientia, auctoritate & poteſtatis plenitudine, harum ſerie, de Uberioris dono gratiæ pleniſſime, & expreſſe potiri, pro cautela ſucceſſive concedimus, DONAMUS ET ELARGIMUR: *volentes, & decernentes, ſimilibus conſilio, aſſenſu, ſcientia, poteſtatis plenitudine, & auctoritate, quod in Civitate Ferrariæ, Caſtris, Terris, & Locis prædictis pro illorum majori quiete, ac meliori regimine & gubernatione, ac diſſenſionibus, quæ veriſimiliter tempore procedente (quod Deus avertat) evenire poſſent, evitandis, præfato Hercule Duce vita functo, Dilectus Filius Nobilis vir Alphonſus ejus Primogenitus, ipſoque Alphonſo decedente etiam dicti Alphonſi primogenitus, & ex ipſo primogenito primogenitus, & eo ſine filiis deficiente, ſecundogenitus, & ſic ſucceſſive: ex Linea dicti Alphonſi deſcendentes, illiſque omnibus deficientibus ſecundogenitus præfati Herculis, & eo defuncto ſine filiis, etiam Tertiogenitus ſuus, & ſic ſucceſſive, ſimiliter alii præfati Herculis Ducis filii, & Deſcendentes modo præmiſſo in Ducatu, Civitate Ferrariæ, Caſtris, Terris, & Locis prædictis cum pari poteſtate, & auctoritate omnino ſuccedant. Ita quod ſemper ſucceſſio hujuſmodi ad Primogenitum, & eo ſine filiis dece-*

Digitized by Google

„ turam feudi in eo conſiſtere, quod in Inve-
„ ſtitura appareant juramentum fidelitatis,
„ ob-

---

dente ad ſecundogenitum, & ſucceſſive ad alios ſervato ordine prædicto deveniat. Et inſuper Cenſum prædictum, deinceps perpetuis futuris temporibus, quo ad Herculem Ducem, ac Alphonſum ejus Primogenitum, nec non ex ipſo Alphonſo Primogenito, & dilecta in Chriſto filia nobili muliere Lucretia de Borgia Ducíſſa Biſſelli ipſius Alphonſi Uxore deſcendentes maſculos, quamdiu vitam duxerint in humanis ad centum, & eis deficientibus, quo ad alios ſucceſſores in ipſis Civitate Ferrariæ, Ducatu, Caſtris, Terris, ac Locis ad mille Florenos ſimiles dumtaxat ſingulis Annis dictæ Cameræ perſolvendos eiſdem Conſilio, aſſenſu, ſcientia, poteſtatis plenitudine, & auctoritate, ex noſtra mera, & Sedis Apoſtolice gratia, & liberalitate, præmiſſis attentis, & aliis rationabilibus cauſis etiam, ad hoc animum noſtrum inducentibus, gratioſe reducimus, limitamus, & moderamur eiſdem Herculi Duci, Alphonſo Primogenito, & aliis deſcendentibus, ac ſucceſſoribus præfatis totum reſiduum remittentes, donantes, & elargientes, eoſque ab ipſo reſiduo abſolventes, quietantes, & liberantes, ac decernentes eos ad aliam ſolutionem quam dictorum centum quoad Herculem Ducem & Alphonſum primogenitum, ac ex eo, & Uxore præfata deſcendentes, & quoad alios ſucceſſores præfatos, quam dictorum mille Florenorum annis ſingulis eidem Cameræ deinceps faciendam non teneri, nec a quoquam quavis auctoritate adſtringi, aut compelli poſſe, ac ob non ſolutionem majoris ſummæ hujuſmodi aliquas ſententias, cenſuras, & pœnas etiam privationis, vel alias in dictis Literis contentas, non incurrere, ac limitationem, moderationem, reductionem, remiſſio-

„obbligatio ſervitii perſonalis, non realis,
„gratuita conceſſio, & declaratio quod re-

S 2 „ ma-

nem, donationem, abſolutionem, & quietationem prædictas, vim, robur, & efficaciam veræ ſolutionis habere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Ac mandantes Dilecto filio Raphaeli S. Georgii ad Velum aureum Diacono Cardinali noſtro, & pro tempore exiſtenti Camerario, ac dictæ Cameræ præſidentibus Clericis, & Officialibus, etiam pro tempore exiſtentibus, ne Herculem Ducem, Alphonſum Primogenitum, & ex eo, ac ejus Uxore prædicta deſcendentes, ac deinde ſucceſſores præfatos contra præſentium tenorem ad aliam ſolutionem faciendam ullatenus compellere, gravare, aut moleſtare quoquo modo præſumant NON OBSTANTIBUS *premiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, conceſſiones, & alienationes ſimiles fieri prohibentibus, Legibus quoque Imperialibus, ac ſtatutis municipalibus Civitatis Ferrariæ, Terrarum, Caſtrorum, & Locorum omnium prædictorum, ac Provinciarum in quibus conſiſtunt, Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis,* NATURA QUOQUE ET CONSUETUDINE FEUDI *vel Cenſuum, omnibuſque, & ſingulis in Literis prædictis contentis, & expreſſis, nec non juramento, quod ſecundum Literarum prædictarum tenorem de obſervandis omnibus, & ſingulis Capitulis, modis, & conditionibus contentis in illis præfatus Hercules Dux præſtitit, ac dictum Alphonſum, deſcendenteſque & ſucceſſores præfatos in poſterum præſtare contigerit, quod quoad Cenſum hujuſmodi juxta moderationem, limitationem, reductionem, abſolutionem, & remiſſio-*

„maneat apud Dominum directum domini-
„um & proprietas boni, quod Feudatario
„concedit: & concedi dicatur jure feudi.
Gra-

nem, ac alia præmiſſa eis omnino relaxamus, CETERISQUE CONTRARIIS QUIBUSCUMQE. *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram extenſionis, ampliationis, erectionis, inſignitionis, decorationis, facti, Conſtitutionis, creationis, ſtatuti, ordinationis, Conceſſionis, Donationis, Elargitionis, Voluntatis, decreti, limitationis, moderationis, remiſſionis, abſolutionis, quietationis, liberationis, mandati, & relaxationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo primo quintodecimo Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno decimo.*

EGO ALEX. CATHOL. ECCL. EPIS.

Locus Monogrammatis.

Ego A. S. R. E. Presb. Card. tit. S. Praxedis manu propria ſubſcripſi.
Ego Jo: Card. Montis Regalis manu propria ſubſcripſi.
Ego B. Card. de Urſinis manu propria ſubſcripſi.
Ego Jo: Ant. Card. Alexan. manu propria ſubſcripſi.
Ego B. Card. S. Crucis ſubſcripſi.
Ego Jo: Card. Agrigen ſubſcripſi.
Ego D. Card. Grimanus manu propria ſubſcripſi.

Gratuitæ autem conceſſionis tantum in decreto mentio fit, quæ etſi neceſſaria Alexandro videretur ad *Allodium* conſtituendum, ridi-

---

Ego Jo: tit. Sancti Clementis Presb. Card. Arboren ſubſcripſi.
Ego F. tituli Sanctæ Ceciliæ Presb. Card. Conſſentin. manu propria ſubſcripſi.
Ego Jo: tit. Sanctæ Balbinæ Presb. Card. Salernitan manu propria ſubſcripſi.
Ego L. tit. Sanctæ Agathæ Card. Caputaquen. manu propria ſubſcripſi.
Ego Sebaſt. tit. Sancti Griſogoni Presb. Card. Capuanus manu propria ſubſcripſi.
Ego O. Epiſcopus Sabin. S. R. E. Card. Neapolitanus manu propria ſubſcripſi.
Ego G. Epiſcopus . . . . Portugalenſis ſubſcripſi.
Ego Hieron. Epiſcopus Preneſtinus Card. Recanetenſis manu propria ſubſcripſi.
Ego L. Epiſcopus Albanenſis S. R. E. Card. Beneventanus ſubſcripſi.
Ego F. Cardinalis Sancti Euſtachii . . . . manu propria ſubſcripſi.
Ego Jo: S. Mariæ in Dominica Diacon. Card. de Medicis manu propria ſubſcripſi.
Ego Ippolitus S. Luciæ in Silice Diac. Card. Eſten. manu propria ſubſcripſi.
Ego F. S. Theodori Diaconus Card. de Sancto Severino ſubſcripſi.
Ego Julius Diaconus Card. de Cæſarinis manu propria ſubſcripſi.

ridicule certe ſonat. Cum enim Ferrarienſe imperium Ateſtinis conferre Pontifices dicebant, tantum aberat ut gratuito agerent, ut nihil ex ſuo dantes detrahere aliquid eorum ſupremo juri cogitarent.

Alexandri decretum confirmatum fuit Hadriani pactionibus, in quibus legimus: „in recompenſam dictæ reductionis cen-„ſus præfatus D. Dux AC SUI HEREDES (a) „QUICUMQUE teneantur & debeant ad „cm-

Ego A. S.S. Coſmæ & Damiani Diaconus Card. de Farneſio manu propria ſubſcripſi.
Ego L. Diaconus Card. de Borgia manu propria ſubſcripſi.

V. de Valentina. *Hadrianus*

a tergo Regiſtrata apud me Hadrianum.

(a) Etſi verbum *quicumque* nullam explanationem requirat, juriſperitos audiamus. Stephanus Gratianus *cap.* 724. *Diſſert. forenſ.* ait: *Verbum illud quibuſcumque quod comprehendit omnes hæredes, & ſingulares ſucceſſores, & extraneos quoſcumque propter naturam iſtius dictionis univerſalis quæ eſt apta illos comprehendere etiam in feudalibus.*

„ omnem ſimplicem requiſitionem præcita-„ ti Sanctiſs. D. N. Papæ &c. dare centum „ equeſtres armatos &c.

Nec expoſitis auctoritatibus, Pauli III. diploma adverſari concedo: etenim in eo „ ſe-„ cundum Inveſtituram Alexandri VI. „ ſe cum Hercule II. paciſci profitetur.

Sed concedamus, Paulum III. a ſuperiorum inſtitutis receſſiſſe. Quid ergo? Herculis ne II. pactiones, quæ abſque Alphonſi ejus *tranſverſalis* (ita enim appellant) aſ-ſenſu

---

Cum Gratiano conſentiunt Surd. *conſ.* 153. *num.* 5. Oſaſc. *deciſ.* 161. *n.* 16. Capic. *in ſua Inveſtit. feudal.* §. *feudorum clauſulæ, verſ.* & *ſuis hæred.* & *ſucceſſoribus.* Tom. Marin. *de feud. tit.* 5. *lib.* 1. *num.* 17. Roland. *conſ.* 42. *num.* 1. *lib.* 4. & *in tract. de invent. p* 4. *verſ. nunquid hæres num.* 1. Phanuc. *eod. tit. p.* 6. *num.* 57. Clar. *in* §. *feudum q.* 9. *in princ.* Socin. Jun. *conſ.* 42. *num.* 1. & 2. *lib.* 3. Ruin. *conſul.* 112. *n.* 14. *lib.* 5. Honded. *conſ.* 92. *n.* 11. *lib.* 1.

His adjiciendi ſunt.

Barboſa *clauſ. pro ſe ſuiſque hæredibus,* & *ſucceſſoribus quibuſcumque.* Ber. *quæſt.* 17. & 18. Borgn. *deciſ.* 30. *num.* 370. 374. & 400. *p.* 2.

ſenſu ſancitæ fuerunt, neque ejus ſucceſſores reſpiciunt, iiſdem detrimentum aliquod poſſent inferre? Eſt hoc ſejunctum adeo a voluntate, & ſententia legum, ut quidam Clementis pediſſequi earum vim ſuſtinere nequeuntes, Alexandri Diploma in Vaticano tabulario non reperiri dixerint. Sed malo mehercule uſi ſunt deſperatiſſimoque perfugio. Clementis enim VII. adminiſtri Alphonſum I. vexantes, illud enervare, non de medio tollere ſtuduere. Ejus præterea monumenta extant in pluribus Principum tabulariis, apud Ateſtinos vero exemplum certæ auctoritatis.

De Clemente hactenus. Aliqua modo de Cardinali Aldobrandino attingam, ut omnibus compertum ſit, tantum Ateſtinis fuiſſe relictum, quantum Aldobrandina libido tulit.

No-

Novum Cardinalis excogitavit prædandi modum, cui nomen hæreditatis impoſuit: nam hæres factus a Lucretia (a) Ateſtina Urbini Duce, non modo irruit in omnia, quæ illa poſſederat, ſed Herculis II. teſtamentum, ac familiaria pacta nihili faciens, Cæſarem tantis jam malis debilitatum conſiſtere non ſivit, niſi ſolutionis XXXV. millium aureorum promiſſione ſancita. Cumque Cæſar pecunioſus non eſſet, fundos ei opimos pro XXX. millibus aureorum adjudicavit: reliquumque tranſmiſit in Regem Galliæ, qui certiſſimis nominibus adeo grandem pecuniam Ateſtinis debebat, ut Cardinalis Oſſatius in epiſtola ad Henricum IV. cujus erat ad Clementem Legatus, a M. Hetruriæ Duce hæc ſe audiſſe teſtaretur:

(a) Non ſatis Lucretia vixit, ut Comacli, aliarumque regionum præfecturam ſuſciperet, quam a Clemente pro ſuæ perfidiæ præmio obtinuerat.

„Que ſi Don Ceſar d' Eſte éût eû en ar-
„gent comptant ce que les Ducs de Ferra-
„re avoient preté a la Couronne de Fran-
„ce, il n' éût point perdu la Ville & Du-
„ché de Ferrare.

Suſpicioſum, injuſtumque Lucretiæ teſtamentum publicas meruit animadverſiones, quas ego libenter in vetuſtatis caligine latere permittam. Repetam tamen illud, quod ſuperius dixi, nequiſſimos tantum homines, & ad ſummum dedecus educatos perterrefactum Principem cogere potuiſſe, ut tali mulieri Faventinam ſtruendi pactionem (ſi pactionis nomen attingunt, quæ fraus, violentia, & ſcelus turpiſsimo conſeſſu ſanxerunt) poteſtatem concederet.

Vidimus hucuſque Pontificem, & Cardinalem Aldobrandinos in uberrimo Ateſtinorum patrimonio bacchantes: breviſſimo

mo tamen tempore proſpera eos fortuna deſeruit. Funeſto Marcheſanæ arcis incendio, inſolitis fluminum illuvionibus perterriti, noviſque calamitatibus magno ſe ſe impetu in dies inferentibus reſiſtere nequeuntes, graviſſimam vitam cum morte commutarunt.

Sed miſeranda magis fuit cæterorum Clementis nepotum conditio. Unus ex iis, etſi educatus ad Principum, nobiliſſimorumque hominum ſocietatem, cum humilibus abjectiſque in ditionis Romanæ valetudinario junctus, rerum omnium inopia laborans, acerbam mortem occubuit. Duo in vincula fuerunt Romæ conjecti, omneſque ætate florentes, horrendum in modum, quaſi de Cœlo percuſſi, conciderunt. Quapropter Cardinalis Bentivolus non potuit quin exclamaret: „ Dove ſon' ora le Aldobrandi-

„ ne grandezze? Dove quei cinque Nipoti,
„ che tante volte vidi per le Anticamere
„ del Papa lor Zio? Dove le parentele di
„ tanto ſtrepito, le fabbriche di tanta ſpe-
„ ſa, le amicizie, le aderenze, e l' altre sì
„ vantaggioſe prerogative? Morì Papa Cle-
„ mente: morì il Cardinale Aldobrandino:
„ ſon morti i cinque Nipoti, che avevano
„ duoi altri Cardinali fra loro: mancarono
„ tutti i maſchi di quella Caſa: e mancò fi-
„ nalmente con eſſi ogni ſucceſſione, ed
„ inſieme ogni grandezza del ſangue lor
„ proprio.

Egregie ſecum Italia actum putaſſet, ſi Bentivolum cæteri Cardinales pontificia dignitate ornaſſent: omni enim tarditate abjecta ereptum ipſe patrimonium Principibus reſtituiſſet, cum quibus ſemper conjunctum fuit ampliſſimæ illius Provinciæ decus.

Ne-

Neque hæc perinde loquor, quaſi iratus ſim his, qui Petri Sellam poſt Clementis mortem occuparunt: nec quaſi reticere velim, Ateſtinos eorum integritatem, ſanctimoniamque fruſtra ſæpe ad ſuam ſalutem vocaſſe: irritas fuiſſe repetitas preces, conatuſque Auſtriacorum Principum, qui amicis ſemper pro viribus prodeſſe, & benefacere exoptarunt: omneſque vana ſpecie Conciliorum, quæ Romæ advocabantur, & cunctationibus calliditate plenis fuiſſe defatigatos.

Iis de cauſis Joſephus I. Cæſar florentiſſimi exercitus Raynaldo I. imperium obtulit, ut in ædes, & regiones ſuas expedite poſſet, glorioſeque reverti. Sed in ſomniculoſa ſenectute, quemadmodum amicis auxiliis uteretur, non reperiebat; quare conſilia inceptaque magnanimi Cæſaris corruerunt.

Certe quidem præclaram illam arripuiſſet

occaſionem Franciſcus III. qui modo Ateſtinum Regnum tenet: militari enim laude præſtat, & quæ Cæſari erepta fuerint, & quomodo erepta, oblivifci non debet.

Neſcio equidem, an juſtiſſimi ſui doloris ſuperiori bello remedia quæſierit: ſatis tamen pro certo ſcio, neceſſariæ prudentiæ potius quam voluntati ſuæ obtemperantem Gallorum partes fuiſſe ſequutum. Et re vera labantes adeo, ruenteſque, duriſſimo illo tempore, Mariæ Thereſiæ Auguſtæ, Imperii Auſtriaci hæredis res videbantur, ut de opimis ejus ſpoliis joci quidam ſævi, licenteſque vulgarentur. Verum quæ mulieres omnes venuſtate, & pulchritudine antecellit, conſilio, & virtute non his tantum, qui nunc ſunt, ſed clarioribus, qui fuere, ſe viris æquavit. A potentiſſimis quinque Regibus, aliiſque Principibus inopinato cir-

cum-

cumſepta non contremuit: ſed conſilia quæque humilitati proxima rejecit, demiſſos populorum, anxioſque Imperatorum erexit animos, & prudenter providens, conſtanter agens plura brevi præſtitit, quam hoſtes timere potuiſſent.

Tanta autem diligentia, & magnanimitate recreavit Magnæ Britanniæ Regem, ſpectatæ jam, diuque cognitæ integritatis amicum, eique, & Britanno Senatui, in quo Græcæ ſapientiæ, & Romanæ dignitatis intuemur exemplar, novos ad ſui defenſionem ſtimulos addidit. Sardiniæ etiam ſibi Regem adjunxit, qui, ſollicitationibus hoſtium ſpretis, non minus fuit in fœdere conſtans, quam in bello fortis, & ſapiens. Moſchicam inſuper Auguſtam veræ laudis ſtudioſiſſimam inflammavit, excitavit Batavos: ea denique maximi imperii gubernacula,

la, ad quæ naufraga acceſſerat, ratione tractavit, ut Franciſco conjugi ſuo gloria excellenti Cæſaream comparaverit dignitatem, plures recuperaverit Provincias, & bellum non timens ad præclaram tantummodo pacem inclinaverit animum.

Poſtquam ab armis diſceſſum eſt, nihil prætermiſit quod ad belli vulnera ſananda, atque ad publicam utilitatem pertinere videretur. Facillima ex difficillimis redegit: quæque diu refici non potuiſſent ab aliis, divino quaſi conſilio, fuerunt ab ea brevi temporis ſpatio refecta. Nec dubitandum eſt, ejus modo res meliori loco eſſe quam Caroli VI. Cæſaris ejus patris res unquam fuerint, quamvis ille latioribus finibus ſuum terminaret Imperium. Novis profecto, atque pergrandibus pecuniis pollet, quas non ex populorum incommodis, ſed ex amplifi-

Digitized by Google

catione commercii, ex artibus in ſuis regionibus magis in dies magiſque florentibus, ex cultu agrorum, atque ex legibus editis pro recta accurataque vectigalium adminiſtratione quæſivit. Permagnum habet copiarum numerum, eaſque in novis utilioribuſque bellandi rationibus exercitatiſſimas. De tormentorum autem, omniumque rerum, quæ ad bellum uſui ſunt, facultate talia a pluribus audivi, præſertim vero a Comite Carolo Colloredo, ut obſtupuerim. Neque de ejus dictis poſſum ambigere: eſt enim tantæ diligentiæ virtutiſque Dux, ut delectæ peditum legionis Tribunus recenter fuerit deſignatus. Cæſaream præterea legationem apud Britanniæ Regem cum laude gerit, atque Fratrem habet, & Comitem Caunitium amiciſſimos, quorum opera utili optimaque in maxi-

maximis negotiis Regina Auguſta utitur.

Ea igitur conditione ſunt Thereſiæ res, ut quoad velit pacis omnia ornamenta foveat, & ad magna glorioſaque facinora ſit paratiſſima. Ex quo ſequitur, ut boni omnes Ateſtinis addicti lætentur, Mutinenſium Ducem antiqua & ſincera in Auſtriacos obſervantia, prudentiſſimoque conſilio ductum æternum cum ea iciſſe fœdus. Salutare hoc opus, Auſtriaco nomine agitatum perfectumque fuit a ſapientiſſimo Comite Chriſtiano, qui plena eſt in Italia poteſtate munitus, & Magni Cancellarii in Inſubria, aliaque inſignia munia ſuis cervicibus ſuſtinet: Ateſtino autem nomine a Comite Sabbatinio, qui mirifice graviora omnia Franciſci III. negotia adminiſtrat: diligentia enim & labore præclaram naturam ad ſummum perduxit.

De

De rebus Ateſtinorum ſcribens non potui quin aliquantulum deflecterem ad Auſtriacas, cum quibus illæ cognationem habent arctiſſimam. Utinam, priuſquam ſeneſcam, poſsim de utriſque feliciora conſcribere.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google